




Grey Scale #13



Part Code ST1316




A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19





AKTA
GRODZKIE I ZIEMSKIE.



AKTA GRODZKIE I ZIEMSKIE

Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

z Archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie

W SKUTEK FUNDACYI

śp. **ALEKSANDRA hr. STADNICKIEGO**

WYDANE STARANIEM

GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.

T O M IX.

WE LWOWIE

GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SEYFARThA I CZAJKOWSKIEGO.

Z I. ZWIĄZKOWEJ DRUKARNI.

1883.



3081/3

PRZEDMOWA.

Prawie połowę tomu tego zapełniają dokumenty, których oryginały znajdują się w archiwum miasta Nowego Sącza. Jest to bogaty szereg przywilejów, nadań, układów, rozkazów, wyjaśniających nie tylko dzieje tego miasta, lecz także w ogóle średniowieczne stosunki miast polskich. Najdawniejszy z tych, które tutaj drukujemy, pochodzi z r. 1387, starsze bowiem już poprzednio ogłosił dr. Franciszek Piekosiński w kodexie dyplomatycznym małopolskim.

Kilkadziesiąt dalszych dokumentów tutaj umieszczonych pochodzi z archiwum miasta Lwowa. Są one z lat 1496—1506 a więc wyłącznie z czasów Jana Olbrachta i Alexandra. Tym sposobem wydrukowaliśmy w tym i poprzednich tomach zbioru naszego wszystkie dokumenty lwowskie od najdawniejszego aż po koniec panowania króla Alexandra, to jest w ogóle z całej epoki t. zw. dyplomatycznej.

Kilkanaście dokumentów wzięliśmy z rozmaitych źródeł z archiwów przemyskiego, krośnieńskiego, drohobyckiego, bybelskiego, kapituły katedralnej lwowskiej obrz. łac., biblioteki zakładu narod. im. Ossolińskich, rękopisu biblioteki uniwersytetu pragskiego a wreszcie kilkadziesiąt wprost z oblat archiwum krajowego aktów grodzkich i ziemskich.

Tak powstał tom ten mieszczący w sobie 177 dokumentów, z których zaledwie dwa lub trzy poprzednio już były drukowane. Treść ich odnosi się przeważnie do

lokalnych stosunków, nie brak jednak między niemi i takich, których znaczenie jest ogólniejsze jak np. dokument Władysława Jagiełły normujący monetę, układ pokojowy pomiędzy Janem Giskrą a Zbigniewem Oleśnickim, kontrakt wydzierzawienia żup drobnych i przemyskich, przywilej na poszukiwania górnicze w całej Polsce, kilka listów Grzegorza z Sanoka i rozmaite inne.


We Lwowie w Lipcu 1883 r.


W imieniu wydawnictwa:

Oktaw Pietruski.

Dr. Xawery Liske.

Dyplomatarysz.





I.

W Gródku 31. Sierpnia 1375 r.

Władysław, książę opolski, nadaje Beńkowi z Chuchor staroście przemyskiemu plac we Lwowie położony.

In nomine Domini Amen. Ladislaus Dei gracia Dux Opoliensis, Welunensis et Russie. Ad perpetuam rei memoriam. Notificamus universis, quibus nosse fuerit opportunum, quod inspectis multiplicibus obsequiis, quibus fidelis noster Benco de Chuchori,¹⁾ Capitaneus noster Premisliensis, nostre magnificencie frequenti sedulitate complacuit et adhuc aucto fidelitatis studio in futurum habundacius poterit complacere, sibi suisque heredibus et successoribus legitimis unam aream integram, in civitate Lemburgensi sitam, retro domum S., ex opposito ospitalis ibidem in Lemburga iuxta mensuram eiusdem civitatis Lemburgensis damus, donamus donacione inviolabili et conferimus tenendam, habendam, vendendam, commutandam,²⁾ alienandam, donandam, obligandam³⁾ et in usus suos beneplacitos convertendam et perpetuis temporibus per ipsum Bencorem suosque heredes et successores legitimos iure civili possidendam. Actum in Grodek proxima feria sexta post diem decolacionis sancti Iohannis Baptiste anno Domini⁴⁾ etc., presentibus venerabili patre Anthonio Metropolitano Halicziensi, Cotkone⁵⁾ aliisque multis fidelibus nostris fidedignis. Datum per manus Symonis⁶⁾ etc.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 215. (d-e). Wszystkie dokumenta z rękopisu tego w tomie tym oddrukowane znajdują się w rękopisie w kopiach z wieku XV.

¹⁾ Porównaj AGZ, VII, nr. 10, gdzie 9. Września 1374 Władysław Opolski nadaje Beńkowi de Kuchar wsie Zabokruki i Branice. Zdaje się przeto, że ów Beńko de Kuchar późniejszy de Zabokruki jest tą samą osobą co tutaj wymieniony starosta przemyski: *Benco de Chuchori*.

²⁾ *Committendam* w kopii.

³⁾ *Obligangam* w kopii.

⁴⁾ Niewątpliwie roku 1375, jak wynika z dokumentów AGZ. II. nr. 4 i 5;— VIII, nr. 9, które to dokumenta wystawione są tego samego dnia, w tem samym miejscu, w obecności tych samych świadków i przez tego samego pisarza.

⁵⁾ Niewątpliwie Chodko z Bybła (Bybelski).

⁶⁾ Symon de Kroskow lub de Roskow.

II.

W Nowem Mieście Korczynie 24. Sierpnia 1387 r.

Władysław Jagiełło potwierdza przywileje nadane miastu Sączowi przez
Jadwigę księżną krakowską i sandomirską.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Wladislaus Dei gratia Rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc., notum esse volumus, quibus expedit universis, quod licet ad universorum subditorum, quos amplitudo Regni nostri complectitur Regalis nostra circumspecta benignitas grata beneficiorum et utilitatum comoda procuranda sollicite sit intenta, nos tamen innata nobis benignitas inducit istorum frequentius salubrium affectare profectuum incrementa, quos non solum iugi fide liqueat et plena constantia continue perstitisse, verum etiam in eiusdem fidei virtutum firma perseverantia rerum et personarum plurima dampnorum dispendia pertulisse. Sane considerantes clare fidei constanciam et laboris indefessi sollerciam, quibus cives et incole nostre Sandecensis civitatis ad nostros et Regni nostri Polonie instaurandos honores multe diligentie conatibus fidelissime laborarunt et nunc ad ea, que nostrum et ipsius Regni nostri Polonie respiciunt honorem frequenter aspirant, et signanter cum iidem cives ea, que preclare principis domine Hedwigis olim ducisse Cracouie, Sandomirie etc. decus et gloriam respexerant intemerate fidei specialium obsequiorum insigniis prosequerantur affectibus operosis, quorum etiam intuitu eadem domina Hedwigis memoratis civibus libertates et iura concesserat et donaverat continuo infrascriptas, videlicet quod iidem cives et incole civitatis Sandecensis et eorum successores equites et pedestres cum curribus ipsorum, rebus cuiuscunque generis vel speciei fuerint honorati, plenam et omnimodam potestatem habeant transeundi absque quolibet genere solutionis theoloneorum personam ipsius domine Hedvigis concernencium per universos passus et loca terre Sandomiriensis, in quibus theoloneum consuetum est exigi et exsolvi necnon navigium per aquas euntibus cum rebus et mercibus ipsorum in perpetuum pacifice et quiete; nichilominus theolonea, que personam ipsius domine Hedvigis non tangebant, memorati cives sunt astricti solvere iuxta consuetudinem ab antiquis tem-

poribus ibidem observatam, prout hec omnia in litteris eiusdem domine Hedvigis nobis pro parte predictorum civium oblatis vidimus etiam clarissime contineri. Habito itaque respectu ad multe fidelitatis fructuosa servicia, que nobis et predecessoribus nostris prefati cives Sandecenses operosa sollicitudine, ut prefertur, exhibuerunt et adhuc continuato fidelitatis studio potuerint prestancius exhibere, horum intuitu ipsos specialis favoris prerogativa prosequi cupientes huiusmodi libertates et iura per ipsam dominam Hedvigim sepedictis civibus Sandecensibus sic, ut premittitur, concessas et donatas ratas habentes et gratas, ipsas approbamus, ratificamus et confirmamus, decernentes easdem libertates et iura manere perpetuis temporibus et vigere de nostre Regalis plenitudine Maiestatis. Ut autem omnia premissa pleniorum obtineant firmitatem litteras nostras subappenso nostro maiori sigillo dare volumus dum primum sculptum fuerit et formatum.¹⁾ Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Noua Ciuitate ipso die beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, presentibus reverendo in Christo patre domino Iohanne Episcopo Cracouiensi ac strenuis viris Spithcone Cracouiensi, Sandiuogio Kalisiensi, Iescone Liganza Lanciensi Palatinis, Krzeslao Sandomiriensi et Petro Kmithe Lublinensi Castellanis, ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis viri domini Załyce prepositi Sandomiriensis, Cancellarii et Clementis de Mozcorzow Vicecancellarii aule nostre, nostrorum fidelium dilectorum.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Nowego Sącza nr. 24. Na sznurku jedwabnym koloru zielonego i czerwonego zawieszona pieczęć królewska większa na wosku czerwonym wyciśnięta.

¹⁾ Król rozumie przez to pieczęć majestatyczną. Zobacz dok. z r. 1389, poniżej nr. III.

III.

W Krakowie 22. Lutego 1389 r.

Władysław Jagiełło zatwierdza i odnawia pod większą pieczęcią własny swój przywilej z r. 1387.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiauie, Lithuanie princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres, significamus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quibus expedit universis, quomodo oblata fidelium nostrorum civium Sandecensium nostre celsitudini peticio continebat, quatinus de innata nobis clemencia litteram nostram sigillo nostro maiori

signatam ratificare, innovare, approbare et confirmare benigniter dignaremur. Cuius tenor sequitur in hec verba.

Tu następuje dokument tegoż króla z r. 1387, powyżej nr. II. Poczem dokument brzmi:

Nos itaque ipsorum iustis petitionibus acclinati predictam nostram litteram in omnibus ipsius punctis, clausulis, articulis et sentenciis approbamus, ratificamus, confirmamus, innovamus et laudamus, volentes et decernentes eandem nostram litteram presentibus insertam habere et obtinere perpetui roboris firmitatem. Actum Cracouie ipso die Kathedre beati Petri apostoli anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, presentibus Spithkone Cracouiensi, Iohanne de Tharnow Sandomiriensi, Iohanne Liganza Lanciensi Palatinis, Drogossio Iudice, Krzeslao Subiudice, Spithkone Subcamerario Cracouiensibus, et aliis pluribus fidedignis. Datum per manus honorabilis Zaclicze Prepositi Sandomiriensis, aule nostre Cancellarii fidelis dilecti.

Oryginał parg. w arch. nowosąd. nr. 25. Pieczęć oderwana, pozostał sznur jedwabny koloru zielonego i czerwonego.

IV.

W Nowym Sączu 4. Marca 1389 r.

Maciej Mczislawicz wójt surrogowany i ławnicy nowosądccy poświadczają, że mieszczanin krakowski Lang Seydel sprzedał swe wsie mieszczaninowi lwowskiemu Kasparowi Cruegal.

Nos Mathias Mczislawicz Advocatus subrogatus necnon septem scabini videlicet Dobesz de Kvnina,¹⁾ Laurentius de Friczowa²⁾, Nicolaus de Mszalnicze,³⁾ Mathias de Szedlec,⁴⁾ Franco de Gestwicza,⁵⁾ Iacobus de Czczrewina⁶⁾ et Mathias de Pisazrowa⁷⁾ feodalis iudicii curie regis Polonie in Noua Sandecz scolteti villarum predictarum, publice recognoscimus quibus expedit, universis, quod ad nostram, dum iudicio bannito presedebamus, accedens presenciam famosus vir Longus Seydel, civis Cracouiensis, sanus mente et corporea sospitate, non compulsus, non coactus, sed de ipsius mera ac beneplacita voluntate et recognovit se circumspecto viro Caspari dicto Cruegal, civi de Lamburga, vendidisse resignando villas suas videlicet Sonnenscheyn, que Ianusszowa⁸⁾ dicitur in vulgari, Hildbrantowa,⁹⁾ Bogusszowa, Queczissowa¹⁰⁾ et Wolfowa¹¹⁾ cum omnibus utilitatibus, molendinis, tabernis, piscinis, aquis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis prout in suis graniciis sunt distincte et limitate eo iure, quo ipse Seydlo emerat perpetuis temporibus tenendas, habendas, possidendas, com-

mutandas, vendendas, convertendasque, prout sibi suisque legitimis successoribus utilius videbitur expedire, nichil iuris penitus in eisdem pro se reservando et eciam cum omnibus punctis et articulis, clausulis et iuribus, prout in privilegio dictarum villarum continetur. In cuius rei testimonium sigillum nostri scabinatus consuetum presentibus est appensum. Actum et datum in Noua Sandecz in crastino Cinerum anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 26. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć na ciemno-zielonym wosku z odciskiem orła polskiego i z napisem w otoku: S. IVDICII Dalej niewyraźne.

- 1) Konina czyli Kunina do Bończy przysiołek w starostwie nowosądeckim.
- 2) Frycowa wieś w starostwie nowosądeckim.
- 3) Mszalnica wieś w starostwie grybowskim.
- 4) Siedlce ze Słowikową wieś w starostwie nowosądeckim.
- 5) Gestwicza nie można było odszukać.
- 6) Trzeciewina albo Trzetrzewina wieś w starostwie nowosądeckim.
- 7) Pisarzowa wieś w starostwie limanowskim.
- 8) Januszowa z Łęgiem wieś w starostwie nowosądeckim.
- 9) Librantowa z Boguszową wieś w starostwie nowosądeckim.
- 10) Kwieciszowa do Naściszowej wieś w starostwie nowosądeckim.
- 11) Może Wilczyce wieś w starostwie limanowskim.

V.

(W Nowym Sączu) 15. Listopada 1396 r.

Wójt i ławnicy nowosądecy poświadczają sprzedaż połowy jatki za 10 grzyw.
na rzecz miasta.

Anno Domini m^{mo} ccc^{mo} xcvi^{to}. Iudicium bannitum exstitit per nos Stascodem dictum Swenczig, Advocatum provincialem et scabinos Petrum Cerleri, Walcherum sartorem, Iohannem Clare, Winclerum lanificem, Mathiam pistorem, Paulum Longum, Bartholomeum arcuficem Noue Sandecz.

In quod venientes Nicolaus Germigi filius, Peter Germigi et mater Iohannis Hillebrandi et pro tutore eius Petrum Mornstein dominis consulibus totique communitati Sandeciensi medium maccellum apud ipsos pro X marcis emptum omni iure, quo ipsi possiderunt hucusque, resignaverunt. Pro eo nostri scabinatus sigillum presentibus

in testimonium duximus appendendum. Datum IIII^{ta} feria ante festum presentationis beate Marie virginis gloriose.

Oryginał pergaminowy z archiwum miasta Nowego Sącza nr. 27. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym wisiała, odpadła.

VI.

W Przeworsku 4. Stycznia 1397 r.

Jan Tarnowski, wojewoda sandomirski i starosta ziemi ruskiej, króla i swoim imieniem pozwala Maciejowi założyć miasto Szczercz i nadaje mu w niem wójtostwo.

IN NOMINE DOMINI Amen. Ea que fiunt in tempore, ne simul labantur cum tempore, necesse est ea voce testium ac litere characteris perhennare. Nos igitur Ioannes heres de Tarnow Palatinus Sandomiriensis necnon Capitaneus Russie notum facimus tenore presencium presentibus et futuris quibus expedit universis. Et quia regales videntur proventus pociores veluti ecciam a serenissimo principe domino nostro domino Wladislao Rege Polonie etc. habemus in commissis tanquam Visor (*sic*) et Capitaneus terre Russie pretacte generalis providum virum Mathiam, quem fama bone idoneitatis nobis plurimum recommendat, evocavimus in Sczyczec¹⁾ volentes in ibidem nomine et vigore domini nostri Regis prefati iurisque capitanealis facultate memorati opidum Deo opitulante erigere et fundare eidem Mathie prenotato ac suis legitimis posteris, in eodem opido Sczyczec nomine, ut premittitur, Regio atque nostro advocaciam dedimus pia ob merita ipsius nobis et dicto domino Regi nostro exhibita et in posterum exhibenda ad habendam hereditarie, tenendam, possidendam, vendendam, commutandam prout sibi suisque posteris utilius videbitur expedire convertendam. Ut autem opido Sczyczec predicto melior reddatur condicio, prefato opido damus et ad ipsum (*adiungimus centum*²⁾ mansos (*iure Thevtunico mensuratos et mensurandos. Item addimus, damus, conferimus et largimur prefato advocato*) et suis heredibus ac legitimis successoribus tres mansos cum tribus ortis in suburbio sittis liberos ab omni solucione exemptos, item duos mansos pro grege pellendo, item unum mansum cum uno orto ecclesie ibidem fundande et eius rectori, qui fuerit pro tempore. Assignamus quoque Mathie predicto et suis posteris sextum denarium census omnium mansorum predictorum solubilium necnon de ortis singulis ecciam solubilibus in suburbio sittis quantocunque plures poterint fundari et locari. Insuper tercium denarium de omni re iudicata ac de penis

criminalibus magnis sive parvis. Item attribuimus, conferimus et appropriamus Mathie memorato et suis heredibus ac successoribus de omnibus et singulis bancis, scampnis pistorum, carnificum, sutorum medietatem census tocuis, medietatem vero pro prefato domino nostro Rege et suis posteris reservamus. Item damus et addicimus Mathie predicto et suis posteris medietatem molendini in suburbio situati cum piscatura eiusdem piscine molendini, verum tamen ad usum tantum mense sue et suorum successorum. Item damus et assentimus simul et conferimus Mathie advocato et suis posteris universis balneum in eodem opido more aliarum civitatum nostrarum construendum cum omnibus suis proventibus taliter tamen, quod predictus dominus noster Rex et sui successores legitimi nosque et qui pro tempore fuerit capitaneus sine solucione balneari in eodem balneo debemus atque debebunt. Ut autem premissum opidum eo commodius et celerius valeat erigi et collocari premissis nomine regali et nostro damus et donamus predicto Mathie et suis heredibus et incolis omnibus tam agricultoribus quam singulis aliis predictum opidum inhabitantibus et inhabitare volentibus ad unam partem ubi merice nova sit extirpacio duodecim annorum, in locis vero silvarum viginti annorum (*in locis autem*) planis et extirpatis (*sex annorum, arvis autem et domibus oppidanis omnibus et singulis decem annorum plenam et omnimodam libertatem*). Qua quidem libertate expirata Mathias memoratus advocatus et sui successores ad expeditionem quamlibet generalem proclamatam duobus equis, quolibet tres marcas valente, cum una balista seu arcu prefato domino nostro Regi et suis successoribus servire sit astrictus, opidani vero et agricultores singuli de quolibet manso singulis annis ad festum sancti Martini confessoris racione census octo scotos, pro decima autem sex grossos episcopo vel cui de iure solvendum sit exolvere teneantur. Pro honoribus autem de quolibet manso duos pullos cum duodecim ovis ipsi domino Regi et suis heredibus perpetuis temporibus solvere obligantur. Insuper similiter de quolibet manso quilibet agriculor duas mensuras avene prefato domino Regi et suis posteris dare tenetur et pagare. Ut autem scripta premissa maneant rata atque firma roburque obtineant perpetue firmitatis presentem literam sigilli maioris nostri munimine iussimus roborari. Actum et datum in Przyvorskó in domo advocati in octava sanctorum Innocentium anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, presentibus nobiles Konycze, Paskone Mothyczka et validis viris dominis scilicet Cunrado de Chvszymeze Voyewoda Premislensi, Nicolao Msvrowski de Radylovycze, Stanislao de Czelathycze, Golapcone de Rakovycze, Pascone Mothyczka Voyewoda Iaroczlaviensi et Ptackone de Manykovycze et aliis quam pluribus fidedignis.

Według potwierdzenia króla Władysława Jagiełły, oddrukowanego poniżej pod nr. VII.

¹⁾ Szezerzec miasto niedaleko Lwowa.

²⁾ Wyrazy odmiennym drukiem oddane są w kopii z XVI-go wieku nieczytelne albo brakują zupełnie i uzupełniono je według dwóch kopii tegoż samego dokumentu z XVIII-go w.

VII.

We Lwowie 1. Października 1397 r.

Władysław Jagiełło zatwierdza dokument Jana Tarnowskiego z r. 1397 dla miasta Szczerca rozszerzając go nadaniem miastu prawa magdeburskiego i urządzając targi tygodniowe w poniedziałki a roczne w dniu 27. Września.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Quia tunc multis dubiis et errorum incommodis prudenter occurimus, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium robore perhennamus, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lituanieque princeps et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quomodo nuper nobis per providum Mathiam alias Mathys de Smolycze instans oblata peticio continebat, quatinus literam seu privilegium eidem Mathie super donacionem advocacie in oppido nostro Sczyrzecz et locacione eiusdem opidi per strenuum Ioannem de Tarnow Palatinum Sandomiriensem et Capitaneum terre nostre Russie generalem nostro nomine factum, datum et confectum contentaque in eo, non rasum, non violatum nec in aliqua sui parte suspectum de certa sciencia nostra confirmare, ratificare et approbare dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tu następuje dokument Jana Tarnowskiego wydany w Przeworsku 4. Stycznia 1397 r. a oddrukowany powyżej pod nrem VI, poczem przywilej królewski brzmi dalej:

Nos vero prefati Mathie advocati iustis petitionibus in hac parte inclinati donacionem ac privilegium desuper confectum et contenta in eo rata, grata et firma habentes, ipsa de certa nostra sciencia in omnibus suis punctis et clausulis ac sentenciis innovamus, ratificamus, confirmamus et approbamus, decernentes ipsa obtinere robur perpetue firmitatis. Ut quoque ipsum opidum eo celerius per homines valeat possideri, ipsum de iure Polonico seu Rutenico in ius Thevtonicum, quod Maydeburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removens in ibidem omnia iura Polonica et Rutenicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Thevtonicum Maydeburgense predictum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus omnes et singulos opidanos et quosvis incolas (*oppidi Szczyrzecz prenominati ab omni iurisdictione et potestate omnium Regni nostri et terre predictae Russie palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel aliquo illorum pro causis tam*) magnis quam parvis puta furti, sanguinis,

homicidii, incendii et membrorum mutilacionis cittati minime respondeant nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tamen supradicti opidani incole coram suo advocato vel suis heredibus, advocatus vero coram nobis vel nostro iudicio generali, dum per literam nostram nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit, non alias tamen quam suo iure Thevtonico Maydeburgensi predicto cuilibet ad obiecta respondere sit astrictus. In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressatis advocato opidi predicti et suis legitimis successoribus damus et concedimus plenam et omnimodam potestatem et facultatem iudicandi, sentenciandi et puniendi et corrigendi, prout hoc ipsum ius Thevthonicum Maydeburgense predictum in omnibus suis punctis, condicionibus, clausulis et articulis ac sentenciis postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Et insuper, ut omnes homines cum quibuscunque bonis, rebus et mercibus ad illud idem opidum undecumque venientes ac ecciam ipsum opidum inhabitantes res, merces et bona quecunque huiusmodi licite et libere emere possint et vendere ac ducere et abducere in eodem oppido feria secunda qualibet septimanale et in festo sancti Stanislai Translacionis Martiris singulis annis forum annuale, quod tribus diebus continuis durare debet, temporibus perpetuis duximus statuendum, iuribus nostris regalibus similiter in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Leona alias Lembvrga ipso die sancti Remigii confessoris anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Iacobo Archiepiscopo Haliciensis, Mathia Episcopo Premisliensis, Petro Erpischka Vislicensis, Cristino de Ostrow Sandomiriensis, Petro Cmytha Lyvblynsensi Castellanis et Bokscha de Svmsko Venatore Cra-couiensi, militibus nostris fidelibus dilectis et aliis quam pluribus fidedignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Nicolai Episcopi Poznaniensis nobis sincere dilecti.

Dokument oblatowany w Castr. Leop. Inscr. XIV. str. 113—116. Król Zygmunt Stary zezwoliwszy dworzaninowi swemu Stanisławowi Pyrzniczki na wykupienie wójtostwa szczyrzeckiego z rąk dzierzawcy Joba, złożył sąd komisarski, któremu poruczył oszacowanie wójtostwa. Sąd ten zebrał się w Szczerecu: „*Acta sunt hec in curia Szczyrzeczensi feria secunda post festum sancti Bartholomei proxima anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo*“ (29. Sierpnia) i przeglądając dokumenta erekcyjne wywiązał się z danego mu polecenia. Dokumenta zaś odnośne złożono w archiwum lwowskiem. Kopia w wielu miejscach zupełnie zbutwiała. Brakujące słowa obydwóch dokumentów (Jana Tarnowskiego i króla Władysława) uzupełniono według dwóch kopii oblatowanych w aktach grodz. lwowskich. *Ind. Relat.* t. 555. str. 1135 (z r. 1748) i *Ind. Relat.* t. 560., str. 2371 (z r. 1750). Obydwie te kopie sporządzone z dokumentu wydanego przez urząd grodzki lwowski w 1530 r. mają za podstawę kopię, według której oddrukowaliśmy obydwaj dokumenta.

VIII.

W Krakowie 19. Sierpnia 1399 r.

Stanisław kanonik przemyski zrzeka się swej kanonii w moc ugody między nim a Piotrem z Żukowa altarystą kościoła św. Piotra i Pawła w Krakowie zawartej na rzecz Mikołaja z Książnic; sam zaś dostaje w zamian wikaryą Mikołaja.

In nomine Domine amen. Sub anno Nativitatis eiusdem M^occc nonagessimo nono, indicione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii, superna providencia Pape noni moderni anno decimo, die decima nona mensis Augusti, hora terciarum vel quasi, in sacristia ecclesie cathedralis Cracouiensis, in mei notarii publici subscripti et testium infrascriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter venerabilis vir dominus Stanislaus magister arcium, decretorum doctor, Canonicus Przemisliensis, exposuit reverendo in Christo patri et domino domino Mathie, Dei gracia Episcopo Premisliensi tractatum¹⁾ amicabilem et ordinationem factam inter predictum dominum Stanislaum ex²⁾ una, et Petrum Martini de Żucow Altaristam altaris beatorum Petri et Pauli apostolorum in ecclesia Cracouiensi parte ex altera, videlicet quomodo supradictus dudum fuit paratus iuxta puncta concordie inter ipsum et eundem dominum Petrum in Romana curia habita reddere eidem Petro de canonicatu predicto Przemisliensi ita et iam, ex quo dictus dominus Petrus consensit, quod dominus Nicolaus de Xagnicze deberet habere canonicatum et prebendam; predictus Premislan (*sic*) ipse vero vicariam, quam pronunc idem dominus Nicolaus possidet, de eisdem cedere ac ipsos resignare libere est paratus. Qui statim resignavit dictum canonicatum et prebendam petens humiliter, ut dignaretur in prefatum dominum Nicolaum consentire. Qui quidem dominus Episcopus quantum est in eo consensit, volens id habito tractatu cum suo capitulo debitum deducere ad effectum. Sed nichilominus dictus dominus Petrus protestatus est, quod magister Stanislaus contentus. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus Petrus a me notario publico subscripto peccit sibi confici presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatus, die, mense, hora, loco, quibus supra, presentibus honorabilibus ac discretis viris dominis Gregorio Cantore, Stanislao Iolda, et Vicariis ecclesie prefate Cracouiensis et aliis quam pluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Kopia z 15 w. w ręk. Zakł. nar. im. Ossol. nr. 165. k. 120.

¹⁾ W ręk. stoi *tractam* bez znaku skrócenia.

²⁾ W ręk. *et*.

IX.

W Nowym Sączu 26. Maja 1400 r.

Rajcy miasta Krakowa poświadczają, że Lang Seydil przekazał dom swój
w Nowym Sączu na szpital.

Wir . . Rathmanne der Stat Crocaw Bekennen allin den is notdorft ist, das langseydil vor vns komyn ist in eyn siczczinden Rath vnd sprach, wysset liben herrin, das mich got dirmanit hatte vorzeyten, wy das ich meyn Steynhaus, das ich hatte czum Newinczanse, gap czu dem Spital und den . . armen czu nuczze mit andirm gute. Das ysn wol wyssinde nu hatten dy . . Rathmanne der Stat Czans das haus vorkauft, also noch andir rede und sache quam ich czu den . . Rathmanne vnd der gemeyn, vnd wart do eyns mit en, also, das ich meynen wyllen dorczu gab, das hundirt marg silbers Sullyn gefallin vor das haus vnd das man mit dem silber sulde bawin das Spital und dy kirche got czu lobe vnd czu eren vnd den sichen czu nuczeze also wene als das gelt went vnde langth. Also bekenne ich das sy mir dy hundirt mark geczeychinez silbers geantwort habin vnd globe en hebe ich nicht an czu bawyn adir gerethe czu schicken darczu wen sy mich manen obir eyn ior adir vir wochin dornoch zo sal ich en also vil silbers henwedir antwortin. Adir heb ich an vnd gebe gelt aus, als ich das auch mit en gereth habe mit Yrem wyssen, wenn is vordingit wirt vnd störbe ich das ich das gelt nicht hette gar ausgegebin hundirt marg vorgeant, was denne blebe das sal man den vormundyn der armen gebin an alle wedirrede meyner erbin kynderen adir vrunde sy syn mündig adir vnmündig das sy vorwerth das gelt sullin vorbawin an vil Zewmnyse alzo verre das überige gelt gereychin mag, mit wyssen meyner vormünde i des czu eynem geczugnos habe wir der egenantin Stat Crocaw Segil an desin briff nedwennyg an gedrockit. Gegebin an der mitwochen der heyligen hemiluarth vnsirs liben herrin Ihesu cristi abind seynir liplichin menschwerdunge Tausunt virhundirt Ior.

Oryginał pergaminowy z archiwum Nowego Sącza N. 28. Ślad pieczęci wyciśniętej na pergaminie.

X.

W Bieczu 30. Października 1402 r.

Władysław Jagiełło s twierdzając sprzedaż wsi Kamionki przez Mikołaja Omelta
mieszczanom sądeckim nadaje teje wsi prawo niemieckie.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Dum vivit littera, vivit et accio comissa littere, cuius assercio nutrat memoriam et labiles semper perpetuat acciones. Proinde nos Wladislaus Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie Lithuanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres significamus tenore prensencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo ad nostre Maiestatis nostrorumque baronum veniens presenciam Nicolaus Omeltho non compulsus, non coactus neque aliquo errore seductus, sed ex certa sciencia voluntateque ultronea, sanus mente et corpore, suorum fretus consilio amicorum villam suam Kamyonka¹⁾ ante civitatem Sandecensem sitam cum omnibus et singulis eius utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, agris, pratis, campis, pascuis, bladis, silvis, mericis, gagiis, rubetis, quercetis, virgultis, venacionibus, aucupacionibus, fluviis, rivis, piscinis, piscaturis, lacubus, paludibus, mellificiis, molendinis, aquis et earum decursibus prout in suis metis et greniciis longe, late ac circumferencialiter ab antiquo est limitata et distincta providis viris civibus Sandecensibus pro ducentis quinquaginta marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, rite et racionabiliter iustoque vendicionis titulo vendidit et coram nobis perpetuo resignavit habendam, tenendam, utifruendam et pacifice temporibus perpetuis possidendam. Quosquidem cives Sandecenses quomodo et ipsam civitatem amplioribus favoribus prosequi cupientes eandem villam Kamyonka ad ius et proprietatem ipsius civitatis et civium Sandecensium adducimus, adiungimus, apropiamus, incorporamus, annectimus de iure terrestri et de omnibus serviciis nobis debitis ipsam eximentes et libertantes decernentesque tenore presencium, quod ipsa villa taliter per nos libertata et exempta non plus nisi exacciones et contribuciones, que schossy dicuntur, cum ipsa civitate nostra Sandecensi temporibus consuetis nobis solvat. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus predictam villam Kamyonka et incolas ipsius ab omni iurisdiccione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum et quorumvis officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum

mutilacionibus et quibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum kmethones et incole predicte ville coram advocato Sandecensi eodem iure Theotunico, quo cives et incole Sandecenses gaudent et fruuntur, de se querulantibus tenebuntur respondere, prout hoc ipsum ius Theotunicum in omnibus suis punctis, sentenciis, articulis, condicionibus et clausulis postulat et requirit; iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Bez feria secunda proxima ante festum Omnium Sanctorum anno Domini millesimo quadringentesimo secundo, presentibus reverendo in Christo patre domino Petro Dei gracia Episcopo Cracouiensi nec non validis strenuisque viris Iohanne de Tanczin Castellano Cracouiensi, Iohanne Liganza Lanciensi, Iacobo de Konyeczpolye Syradiensi Palatinis, Nicolao de Michalow Castellano Woynicensi et Gnewossio de Dalouice Subcamerario Cracouiensi multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopi nobis sincere dilecti.

Ad relacionem domini Iohannis
de Tanczin Castellani Cracouiensis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim Nr. 29. Na sznurkach jedwabnych koloru niebieskiego i różowego zawieszona jest pieczęć majestatyczna królewska.

¹⁾ Kamionka do Łęga przysiołek w starostwie nowosądeckim.

XI.

W Krakowie 9. Marca 1403 r.

Władysław Jagiełło wydaje postanowienia dla miasta Sącza w sprawie sprzętów pozostałych po zmarłych małżonkach.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotatione perhennentur, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quod attente mentis intuitu perpendentes clare fidei constanciam et multarum probitatum merita, quibus cives nostri Sandecenses nostram celsitudinem actenus venerabantur et in posterum, ut non ambigimus, non desinent venerari, horum intuitu volentes ipsos specialis gracia prerogativa prevenire

et eos in iuribus et libertatibus et privilegiis cum civibus nostris Cracouiensibus coequare, ipsos hiis prerogativis infrascriptis circa matrimonia contrahenda voluimus perfrui et gaudere, horum tenoribus iugiter decernentes, quod quancumque uxor alicuius civis Sandecensis decesserit ab hac luce, tunc omnia suppellectilia non ad aliquem alium nisi ad maritum et pueros ipsius cuiuscumque sexus fuerint pertinere debent et devolvi, aliis omnibus propinquis exclusis. Si vero pueri non fuerint, extunc omnia suppellectilia, que predicta uxor mortua ad maritum eius apportaverat vel etiam dictorum suppellectiliorum remanencie sorori dicte mortue aut congnate ipsius in linea consanguineitatis propinquiori demere presententur. Si autem aliquis virorum prima sua uxore defuncta et secunda, et contraxerit cum tertia idemque vir procedat ab hac vita extunc omnia suppellectilia, que alias in Theutonico gerode dicuntur, que ipsorum tempore conquisita sunt parte ab utraque, non ad alium nisi ad solam relictam pertinebunt et integraliter devolventur contradiccione cuiuslibet quiescente. Que quidem iura superius premissa eidem civitati Sandecensi conferimus et donamus perpetue et in evum. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Cracouie feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere anno Domini millesimo CCCC^o tercio, presentibus hiis validis strenuisque viris Iohanne de Thanczin Castellano Cracouiensi, Iohanne de Tharnow Cracouiensi, Sandziwogio Swidwa Poznaniensi, Petro Kmytha Sandomiriensi, Sandziwogio de Schubin Kalisiensi, Iohanne Liganza Lanciensi et Iacobo de Koneczpole Syradiensi Palatinis multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai de Kurow sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopi nobis sincere dilecti.

Ad relacionem domini Iohannis
de Thanczin Castellani Cracouiensis.

Oryg. perg. w archiwum miejskiem nowosądeckiem Nr. 30. Na sznurkach jedwabnych koloru brązowego i czarnego zawieszona większa pieczęć królewska na czerwonym wyciśnięta wosku.

XII.

W Nowym Sączu 25. Kwietnia 1403 r.

Mikołaj Treutil wójt i ławnicy nowosądecy poświadczają, że Jan i Alusia małżonkowie Kuler sporządzili w obec ich sądu testament.

Nos Nicolaus Treutil, Advocatus Sandecensis Noue, Petrus Gerungr, Iohannes Bonensteter, Nicolaus pistor et Harnuth et Myco lanifices, Iohannes Frolingy, scabini notum volumus esse quibus expedit universis, quod ad nostram accedens presenciam

iudicio in bannito providus vir Iohannes Culer sanus composque ratione mortem pocius volens prevenire quam preveniri et post sui obitum singula bona sua mobilia et immobilia cum utensilibus domus nil excepto virtuose domine Aluschie, sue legitime conthorali, pro necessitate sua dimittendi et faciendi resignavit, ipsa vero domina Aluschia conformem sibi resignacionem fecit viceversa; sed post obitum utriusque ipsorum domini consules protunc Sandecenses potentes esse debent de bonis eorum manentibus centum marcas cum quinquaginta marcis Stanislao filio filie eorum Katherine, si ad annos pervenerit discrecionis et frui poterit vel prolem habuerit cum domo eorum plenarie dare et presentare. Sin autem Stanislaus antedictus moreretur, antequam ad annos pervenerit discrecionis et prolem non gneraret (*sic*), extunc quinquaginta marcas ecclesie sancte Margarethe et quinquaginta marcas claustro beate Virginis nec non quinquaginta marcas predictarum hospitali centum cum quinquaginta marcarum dari fecit et assignavit, residua vero bona remanencia cum domo prehabita ad proximos virorumque eorum amicos divolvi debebunt secundum equam divisionem. Ultimo si vero Longus Paulus, pater Stanislai prenominati, se vellet de nominatis centum marcis cum quinquaginta marcis antequam ad annos deveniret intromittere, extunc consules prehabiti consentire non tenentur. In cuius rei evidenciam nostri scabinatus sigillum duximus appendendum. Datum quarta feria post dominicam Quasi modo geniti anno Domini M^{mo} CCCC^{mo} tercio. Si vero Longus Paulus sufficientem caucionem posuerit, extunc domini consules dictas centum marcas cum quinquaginta Paulo dare tenebuntur omni absque contradiccione.

Oryginał perg. w archiwum miejskim nowosądeckim Nr. 31. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym była zawieszona, zaginęła.

XIII.

W Krośnie 31. Października 1404 r.

Procz ze Stojanic sprzedaje wieś Dziewiętniki Bienkowi z Żabokruk za 200 grzywien praskich, 100 grzywien polskiej monety, konia wartości 10 grzywien i sztukę sukna.

Ego Procz de Stoyanicze recognosco tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, me strenuo militi domino Byenconi de Zabokruk suisque heredibus successoribus legitimis villam



nostram Dzewanthniki¹⁾ in districtu Lamburensi (*sic*) sitam pro duo centis marcis grossorum latorum monete Pragensis et pro centum marcis pecunie monete Polonialis decurrentis et pro equo decim (*sic*) marcis in valore et pro panno alias sztuka vendidisse, computando in quamlibet marcam XL octo grossos, cum ipsius omnibus censibus, proventibus, agris, pratis, campis et ceteris utilitatibus tenendum, habendum et perpetuis temporibus possidendum, ita tamen quod sibi ipsam villam huiusmodi coram domino Rege Polonie vel capitaneo Russie debeo et teneor resignare; si autem ipso (*sic*) domino Benconi de Zabokruk villam Dzewanthniki huiusmodi non resigna-vero, racione non resignacionis ville huius et quod dampnum percepit, illud in me totaliter dampnum redundabit. Horum quibus sigillum meum est appensum coram domino Spithkone et domino Episcopo Cracouiensi Yestrabyecz et aliis multis fidedignis. Datum in Croszno in vigilia (*sic*) Omnium Sanctorum anno Domini M° CCCC quarto.

Oryginał pergaminowy, własność prywatna. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemno zielonym wosku wyciśnięta, na kilka kawałków połamana, pieczęć z odciskiem herbu Korczak i napisem w otoku zupełnie zatartym.

¹⁾ Dziewiętniki wieś w starostwie bobreckiem.

XIV.

W Niepołomicach 16. Marca 1405 r.

Władysław Jagiełło pozwala mieszczanom sądeckim cło od towarów przypadające do zapłaty w Czchowie uiszczać w Sączu i obracać te pieniądze na naprawę murów.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus quibus expedit universis, quomodo cupientes civitatis nostre Sandecz condicionem facere meliorem et eam in murorum, turrium et fossarum defectibus et ruinis reformare, ut cives et incole ipsam inhabitantes sub nostro felici regimine uberius respirare valeant et ad obsequia nostra se reddere continuo prompiciores, ipsos cives et incolas Sandecenses predictos de plenitudine potestatis Regie hac pro-gativa (*sic*) uti volumus et gaudere, quod cum omnibus ipsorum rebus et mercanciarum generibus civitatem nostram Czchow libere et sine solucione theolonei theoloneorumque inibidem plenam pertranseundi habebunt facultatem tociens, quociens ipsis oportunum fuerit et continget temporibus affuturis permansuris, ita tamen, quod theolonea, que ibidem in Czchow theoloneariis deberent solvere, illa consulibus Sandecensibus solvere

teneantur integre cum effectu. Qui consules predicti percepta theolonei huiusmodi de civibus et incolis Sandecensibus ibidem in Czchow proveniencia ad ipsorum speciale et ad theoloneorum Czchowiensium registra divisim inscribentes propter rationem per ipsos de receptis eorundem nobis efficacius faciendam, ea debebunt colligere et fisco civitatis infiscare, demum pro fortificatione civitatis et reformandis ipsius (*turribus*) et muris singulis annis fideliter exponere una cum pecuniis ipsorum, quas eciam super fortificatione civitatis ipsorum predictae inponere¹⁾ facultatem se nostre astrinxerunt Maiestati. Vobis igitur tenutariis, theoloneariis Czchouiensibus seu eorum vicesgerentibus, qui pro tempore existitis, nostris firmis damus regalibus in mandatis, quatinus prefatos cives et incolas Sandecenses ad solvendum vobis aliquod theoloneum nulla compellere presumatis racione, sed theoloneum huiusmodi, quod vobis ab eisdem deberet provenire in registro solum consignare debeatis ipsosque circa hanc, quam ipsis concessimus, inviolabiliter conservare²⁾ debeatis libertatem, quousque a nobis aliud habueritis in mandatis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum in Nepolomice feria secunda post dominicam Reminiscere anno Domini millesimo quadringentesimo quinto.

Oryginał pergaminowy w wielu miejscach zbutwiały w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 32. Na pasku pergaminowym zawieszona mniejsza pieczęć królewska na czerwonym wyciśniętym wosku.

¹⁾ Brak kilkunastu liter.

²⁾ *Conservare* dwa razy pisarz napisał.

XV.

W Szydłowie 28. Listopada 1408 r.

Władysław Jagiełło nadaje Maternie mieszczaninowi grodeckiemu sołtystwo we wsiach Małkowicach i Czerlanach i osadza je na prawie średzkim.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo mente sollicita perpendentes grate fidelitatis studiosa obsequia, quibus Materna civis Grodecensis noster nobis plurime meruit et in futurum aucto fidelitatis studio uberius poterit complacere, horum intuitu volentes ipsum specialium graciaram prerogativa letari et perfrui ampliori, de sue tamen prudencie solercia

plurimum presumentes, certis eciam causis animum Regium ad hoc moventibus, presertim cupientes ville nostre Matherna Wola, que alias Malkowycze et Czerlentye ¹⁾ vocabantur, ex utraque parte fluvii Brzezicza et in districtu Grodecensi sitte condicionem ex eo fieri meliorem, ut tanto celerius hominum convocacione collocari valeat et in multitudine populi felicia recipere incrementa, memorato Materne sculteciam in eadem villa nostra Maternina Wola de innate nobis celsitudinis clemencia damus, conferimus liberaliter et donamus donacione perpetua et in evum ita tamen, quod in eadem villa nobis octuaginta laneos Franconicos iure Theothonico debet collocare et efficere ac ordinare, quod nobis annis singulis circa festum sancti Martiny una marca Polonica racione census, due mensure avene, duo pulli, duo casei et duodecim owa de quolibet laneo possesso, elapsa sex annorum in agris et campis paratis et in mericis duodecim, quam possessoribus eorundem laneorum concedimus, a data presencium continue computando libertate exolvantur. Racione cuius scultecie sibi quatuor laneos liberos, tabernam, molendinum cum piscinis, mensas carniū, panum et sutorum ac eciam ortos libere adiungimus, duos autem laneos similiter liberos unum pro ecclesia et alium pro gregibus pellendis apropiamus. Cui eciam sextum denarium de censibus et tercium de qualibet re (*iudica*)ta, statuentes quod columbacio seu quevis alia dacio rectori ecclesie ibidem in Mathernina Wola iuxta consuetudinem in aliis parrochiis servari solitam per incolas predictae scolthecie solvantur quolibet anno cum effectu. Quam quidem sculteciam idem Matherna eiusque liberi ac successores legitimi habebunt, tenebunt, utifruentur et de nostro consensu vendent, commutabunt et ad usus beneplacitos convertent ac pacifice temporibus prepetuis possidebunt. De qua quidem scultecia cum una lancea et duobus sagitariis nobis et nostris successoribus ad singulas expediciones servire sint astricti. Et ut eadem villa Mathernina Wola eo commodosius collocari valeat, ipsam de iure Polonico et Ruthenico in ius Theothonicum, quod Sredense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem omnia iura Polonicalia et Ruthenicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theotonicum plerumque consueverunt perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus kmetones et quosvis predictae ville Mathernina Wola incolas ab omni iurisdicione et potestate omnium Regni nostri et terrarum Russie palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum, voyewodarum et quorumvis officialium et ministerialium, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sangwinis, homicidii, incendii, membrorum mutilacionibus et quibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum kmetones et incole eiusdem ville coram suo sculteto, qui pro tempore fuerit, scultetus vero coram nobis aut nostro generali colloquio, dum per literam nostram nostro sigillo sigillatam fuerit evocatus et cittatus, tunc non aliter quam suo iure Theothonico de se querulantibus tenebitur respondere. In causis

autem criminalibus et capitalibus superius expressis scul(*teto*) eiusdem ville, qui pro tempore fuerit (*in metis*) et graniciis ipsius iudicandi, sentenciandi, corrigendi, puniendi, plectendi et cond(*empnandi*) plenam damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, prout hoc ipsum ius Theotonicum in omnibus suis punctis, articulis, sentenciis, condicionibus et clausulis postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis, hoc incluso specialiter et expresso, quod idem Matherna eiusque successores legitimi eandem sculteciam cum omnibus et singulis ipsius iuribus, proprietatibus, utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibus, coherenciis, pertinenciis et appendiis, ad eam quomodolibet ex sui fundacione spectantibus, debet possidere pacifice, perpetue et in evum. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Sydlouia feria quarta proxima ante festum sancti Andree apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo octavo, presentibus reverendo in Christo patre domino Alberto Episcopo Poznaniensi necnon validis, strenuis viris Thomcone de Wanglyessin Sandomiriensi, Ioanne de Szekocin Zawychostensi Castellanis, Zegotha de Dambe Vexilifero Cracouiensi, Boxa de Sumsko Cracouiensi et Petro de Falkow Sandomiriensi Venatoribus multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus honorabilis Nicolai Prepositi sancti Floriani Regni Polonie Vicecancellarii nobis sincere dilecti. Et hoc eciam interiecto, quod Scismatici in predicta villa habitantes iure Theothonico uti non debebunt.

Ad relacionem eiusdem Nicolai Prepositi sancti Floriani, Regni Polonie Vicecancellarii.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Inscr.* t. XIV. str. 255—57 z oryginału na roczkach sądu komisarskiego: „Acta sunt hec Leopoli feria secunda in *c(r)a*stino sancti Andree apostoli anno Domini 1533 (1. Grudnia).“ Król Zygmunt mając sobie od dziedziców sołtystwa wsi powyżej wymienionych przekazane prawa do tegoż złożył sąd komisarski w celu rozstrzygnięcia sporu o posiadanie z Janem Wilczkiem, dzierzawcą owych wsi. Sąd ten po zrewidowaniu wszelkich odnośnych dokumentów i wysłuchaniu stron spornych odroczył wyrok w celu zasiągnięcia informacji królewskiej. Kopia znacznie uszkodzona.

¹⁾ Małkowice i Czerlany wsie w starostwie grodeckim pod Lwowem.

XVI.

W Nowym Sączu 16. Grudnia 1409 r.

Mikołaj Treutel dziedziczny wójt sądecki sprzedaje za zgodą swej rodziny wójtostwo falkowskie ze wszystkimi przynależnościami Janowi Kudist za 26 grzywien szerokich groszy.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Quoniam ab humanis illa labuntur memoriis, que nec voce nec aspectu testium testimonioque fide dignorum cognoscuntur, proinde ego Nicolaus Treutel, hereditarius civitatis Sandeczensis Advocatus, harum serie litterarum significo, quibus expedit, universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod cum consensu et voluntate omnimoda Catherine, conthoralis mee predicte (*sic*), Cachne et Nicolai, puerorum meorum, intime dilectorum, scolteciam in villa mea Falkow ¹⁾ nuncupata in districtu Sandeczensi sitam discreto viro domino Iohanni Kwdist dicto, Sandeczensi wladario, pro viginti sex marcis latorum grossorum numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, vendidi rite et rationabiliter et exposui perpetue et in evum cum omnibus et singulis utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, quercetis, gaiis, mericis, virgultis, melificiis, aquis et earum decursibus ac quibuscunque aliis pertinenciis, emergenciis, dependenciis, obvencionibus, appendiis et connexis universis ad eandem scolteciam quomodolibet spectantibus prout in suis metis et graniciis circumquaque longe lateque est distincta ab antiquo et limitata; cui supaddo piscinam, circa quam struere et statuere poterit molendinum. Si autem statuere non poterit eundem (*sic*) molendinum predictam suam circa piscinam, extunc eundem statuere et struere sibi licitum erit meam circa piscinam aut ubi competencius poterit eadem in hereditate. In quo quidem molendino omnes mei et posteritatis mee kmethones de Iamnycza ²⁾ et Camyonka ³⁾ molere debebunt. Ad quam quidem scolteciam duos mansos, tabernam, molendinum liberum, sextum denarium de censu et tercium de qualibet re iudicata, sartorem, sutorem, fabrum, pistorem et carnificem et omnes alias utilitates, quas domini Regis et meo sine dispendio facere poterit, sibi adiungo presencium per tenorem ita, quod memoratus wladarius suis cum heredibus et legitimis successoribus prefatam Falkow scolteciam iure Theutunicali Magidburiensi tenebitur utifruui, possidere, regere, gubernare omnino et collocare. Et quoniam quilibet kmetho inhabitare volens de quolibet manso racione census singulis annis circa festum sancti Martini octo scotos more antiquo solvere tenebitur et debebit. Racione vero decime episcopalis pretactus scoltetus de quolibet proprio manso octo grossos singulis dabit annis, prout scolteti ceterarum villarum circumia-

cencium advocaciam Sandeczensem concernencium dare sunt soliti et consueti. Quamquidem scolteciam idem wladarius, sui liberi et successores legitimi cum omnibus eius utilitatibus, censibus, proventibus, coherenciis et appendiis, ut est premissum, universis habebunt, tenebunt, utifruentur et pacifice eternis temporibus possidebunt nec non vendent, conmutabunt, obligabunt et alienabunt ad placitum uti et cui placuerit, de meo tamen consensu et voluntate speciali. Quiquidem scoltetus racione expeditionis et omnium et singulorum munerum et dacionum non plus nisi mediam marcam annuatim sit astrictus michi aut meis successoribus quavis contradiccione proculmota nec aliqua media marca solummodo data cuiquam aliqua facere tenebitur et debebit. Sed kmethones eiusdem ville in tribus burgravii iudiciis ter in anno faciant prandia super me more et consuetudine aliarum villarum in vicinatu adiacencium; cui videlicet iudicio meo semper presidebo aut aliquis a me specialiter substitutus. Et ut eadem villa eo melius valeat collocari kmethones et quosvis predicte ville incolas ab omni iurisdiccione et potestate iudicum et subiudicum et quorumvis officialium privilegio Regali eximo presencium cum tenore, ut coram ipsis et eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis effusione, homicidii, incendii, membrorum mutillacionibus et quibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum kmethones et incole suo coram scolteto, qui pro tempore fuerit, scoltetus vero coram me in iudicio provinciali scoltetorum, tunc non aliter nisi suo iure Magidburiensi predicto de se querulantibus tenebitur respondere. In causis vero tam criminalibus quam capitalibus superius expressatis scolteto predicto, domino Iohanni de Magna Turza heredi, wladario antefato ibidem in metis graniciisque iudicandi, sentenciandi, corrigendi, plectendi et condempnandi plenam meam et omnimodam concedo facultatem, prout hoc ipsum ius Teutonicum Maydburiense predictum in omnibus punctis, sentenciis, articulis, condicionibus et clausulis postulat et requirit. Harum quibus sigillum meum presentibus est subappenssum testimonio litterarum. Datum in Noua Sandecz feria secunda post festum Lucie proxima anno Domini M^o quadringentesimo nono. Hiis presentibus providis et circumspcctis viris Thoma Fornayl Consule, domino Stanislao Gamrath dicto de Dsczienyca herede Capitaneoque, domino Voyschach de Lukouicza herede, Georgio Schram, Stanislao Notario, Iohanne Schonschorek, Iacobo pistore, concivibus Sandeczensibus pluribusque fidedignis testibus ad premissa vocatis.

Według transsumtu z r. 1472, oddrukowanego i opisanego ponizej pod nr. LXXIX.

- 1) Falkowa wieś w starostwie nowosądeckiem.
- 2) Jamnica do Kunowa wieś w starostwie nowosądeckiem.
- 3) Kamionka Mała do Łęga wieś w starostwie nowosądeckiem.

XVII.

W Krakowie 18. Sierpnia 1412 r.

Władysław Jagiełło nadaje miastu Nowemu Sączowi prawo magdeburskie.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum incomodis prudenter occurrimus, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotatione perhennamus, proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo cupientes civitatis nostre Nouesandecz condicionem ex eo fieri meliorem eiusque oppressionibus et gravaminibus misericorditer subvenire, ut nostris sufulta presidiis sub nostro felici regimine uberius respirare valeat et felicia recipere incrementa, ipsam civitatem nostram Nouasandecz, prout in suis metis et greniciis longe, late circumferencialiterque ab antiquo est limitata et distincta, de iure Polonico in ius Theotunicum, quot (*sic*) Maydburgense dicitur, transferimus, perpetuo duraturum; removens ibidem omnia iura Polonica, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theotunicum Maydburgense predictum plerumque consueverunt et sunt solita pertubare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus advocatos, cives et quosvis ipsius civitatis Nouasandecz incolas et ad ipsam seu ad iurisdictionem eius pertinentes ab omni iurisdictione et potestate omnium Regni nostri palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum et quorumvis officialium et ministerialium, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sangwinis, homicidii, incendii, membrorum mutilacionis et quibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum cives et incole predictae civitatis Nouasandecz coram suis advocatis pro tempore existentibus, advocati vero coram nobis aut nostro generali colloquio, dum tamen per literam nostram nostro sigillo sigillatam fuerint evocati et citati, tunc non aliter quam suo iure Theotunico Maydburgensi predicto de se querelantibus tenebuntur respondere. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis advocatis predictis in metis et greniciis dicte civitatis Nouasandecz iudicandi, sentenciandi, corrigendi, puniendi, plectendi et condampnandi (*sic*) plenam damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, prout hoc ipsum ius Theotunicum in omnibus suis punctis, articulis, sentenciis, condicionibus et clausulis postulat et requirit, iuribus tamen nostris Regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum

Cracouie feria quinta infra octavas Assumpcionis sancte Marie virginis gloriose anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Nicolao Archiepiscopo Gneznensis, Alberto Episcopo Poznaniensis ecclesiarum nec non validis strenuisque viris Cristino de Ostrow Castellano Cracouiensi, Iohanne de Tarnow Cracouiensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Iohanne Liganza Lanciensi et Iacobo de Conyeczpole Syradiensi Palatinis multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Nicolai sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopi, nobis sincere dilecti.

Ad relacionem eiusdem domini Nicolai
Archiepiscopi Gneznensis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 33. Na sznurkach jedwabnych koloru wiśniowego i zielonego zawieszona większa pieczęć królewska na czerwonym wycięta wosku. Na odwrotnej stronie napis: *productum coram dominis lustratoribus in Noua Sądecz anno 1624.*

XVIII.

W Nowym Sączu 19. Listopada 1416 r.

Mikołaj Strelicz wójt nowosądecki sprzedaje sołtystwo we wsi Kunowie
Jakubowi sołtysowi w Czczrewinie.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ea que de matura libertate sanoque consilio pro comodo aguntur ipsis attestacione veridica scriptoque patenti pro commemoracione longinqua, quorum labilis est memoria, ratio sana debet subvenire. Nos igitur Nicolaus Strelicz, Nowe Sandecz Advocatus, significamus quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quod cupientes loca deserta nostrarum villarum hominum convocacione adimplere et fructus nostros amplioribus ubertatibus adaugere, sculteciam in villa nostra Kunow¹⁾ dicta in districtu Sandicensi sita honesto viro Iacobo de Czczrewina²⁾ sculteto pro trigintis (*sic*) et una marcis numeri Polonicalis consueti, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, quarum sex marcas pecuniis in minutis et residuum in mediis grossis communiter decurrentibus nobis exsolvit rite et racionabiliter, exposuimus et vendidimus perpetue et in evum. Ad quamquidem sculteciam duos mansos liberos ab antiquo ad ipsam sculteciam spectantes et medium mansum sibi nunc adiunximus et adiungimus presencium per tenorem tabernam, molendinum unum vel plura presenti in loco vel ubicunque suis in metis et greniciebus struere conveniencius poterit. Prata, pascuas, piscinas, quas

nisi struere poterit libere habeat, de silvis tam magnis quam parvis, rubetis, virgultis et mericis ligna tantum quantum necessarium fuerit aut sibi placuerit etiam libere excidat, vendat aut quo voluerit deducat omni sine contradiccione. In quibusquidem silvis omnia et singula mellificia sibi et suis successoribus legitimis presentibus apropiamus; etiam sextum denarium de censibus et tertium denarium de qualibet re iudicata, sartorem, sutorem, fabrum, carnificem et omnes utilitates, quas sine dispendio nostro facere poterit, ita tamen, quod idem Iacobus scultetus suis cum successoribus predictam villam Kunow nobis iure Theutunico regere et gubernare tenebitur et debet. Et pro expedicione, dum proclamata fuerit et dominus ad ipsam proprio corpore equitaverit, non magis nisi tres marcas domino componet; nec aliqua iuvamina aut honores cum kmethonibus domino faciet excepto illo videlicet, quod scultetus predictus cum kmethonibus suis ter in anno prandia secundum terre consuetudinem facient nobis et successoribus nostris, videlicet scultetus unum et kmethones duo aut loco cuiuslibet prandii unum fertonem dare debebunt. Quamquidem sculteciam idem Iacobus scultetus et sui liberi ac successores legitimi cum omnibus eius utilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, proventibus, coherenciis et appendiis universis habebunt, tenebunt, utifruentur et pacifice temporibus perpetuis possidebunt nec non vendent, commutabunt, obligabunt et alienabunt de nostro tamen consensu et voluntate speciali. Demum propter merita et fidelia servicia prefati Iacobi sculteti sibi, suis liberis et legitimis successoribus tres kmethones in Yamnyeza et tres de Kamonka sculteciam ad suprascriptam adiunximus ac tenore presencium adiungimus perpetue et in evum ita tamen, quod omnes kmethones tam de Kamyonka, Falycowa, Yamnyeza quam de Kwnow tenentur et tenebuntur molere omnino in molendino sculteti antefati sub pena, quam statuerit scultetus de Kunow memoratus. Item de honoribus, quos facient kmethones tempore Pasche domino eorundem bonorum, sexta pars erit et fieri debebit sculteti de Kunow antefati. Scultetus etiam predictus nullos honores domino dare tenebitur et dedebit, excepto uno fertone prandii super festo sancti Martini, nec aliqua faciat servicia, sed de omnibus erit liber penitus et solutus, excepta expedicione generali proclamata, de qua dabit domino tres marcas, ut est superius expressum. Et ut eadem villa nostra Kunow eo melius valeat collocari, sculteto, qui pro tempore ibidem fuerit, in metis et greniciebus ville memorate in causis tam criminalibus quam capitalibus, parvis quam magnis, puta furti, sanguinis effusione, homicidii, incendii, membrorum mutilacionibus et quibusvis allis enormibus excessibus iudicandi, sentenciandi, corrigendi, plectandi et condampnandi plenam damus et omnimodam concedimus facultatem, prout ius Thewtunicum Meydburgense predictum in omnibus suis punctis, sentenciis, articulis, condicionibus et clausulis postulat et requirit, iuribus tamen nostris in omnibus semper salvis. Scultetus vero, kmethones et incole eiusdem ville in causis enormibus et criminalibus superius expressatis parvis quam

magnis citati a quacunq̄ue persona vel a quibuscunq̄ue personis ad quodcumq̄ue iudicium minime respondebunt, sed tantummodo kmethones suo coram sculteto, qui pro tempore fuerit, scultetus vero coram nobis aut a nobis substituto, tunc non aliter quam suo iure Meydburgense predicto de se querulantibus tenebitur respondere. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Nowasandecz feria quinta ipso die sancte Elizabeth anno Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto, presentibus providis et circumspectis viris Iohanne Czepser, Petro pelliſice, Iohanne Keslar, Iacobo Keslar, Nicolao Czypser, Petro Fasserling et Cloz Gerlicz concivibus Sandiczensibus et scabinis et aliis quampluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis etc.

Oryginał perg. w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 34. Na pasku pergam. zawieszona pieczęć na zwykłym wyciśniętą wosku. Znamiona i pismo bardzo zatarte.

¹⁾ Kunów z Jamnicą wieś w starostwie nowosądeckiem.

²⁾ Trzeciewina albo Trzetrzewina wieś w starostwie nowosądeckiem.

XIX.

W Obornikach 19. Czerwca 1420 r.

Władysław Jagiełło poleca Janowi arcybiskupowi lwowskiemu, Iwonowi staroście ruskiemu i Piotrowi z Charbinowic oznaczenie granic miasta Lwowa.

Wladislaus. Reverendissimo in Christo Patri Domino Iohanni Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi strennuisque et nobilibus Iwoni Capitaneo terre Russie et Petro de Charbinouice, fidelibus nostris sincere dilectis, presentibus requirendis, gratiam Regiam et omne bonum. Reverendissime in Christo Pater, strenui et nobiles, sincere nobis dilecti! Dudum commiseramus aliquibus, ut civitati nostre Leopoliensi limites et granicies instituissent et fecissent, qui fortasse corpore retracti vel potius comoda nostra dissimulantes adaugere, hucusque limitationem ceptam minime perfecerunt. Unde videmus non modica predictae civitati subesse detrimenta, nam nemora, que extirpari debuerunt, perstant inculta, ubi agrorum spacia ampla possent preparari. Quocirca dampnis et incomoditati huiusmodi occurrentes P. V. petimus et hortamur, vobis vero mandamus, quatinus die et termino competenti, et ad quem per cives Leopolienses fueritis hac requisicione commoniti et vocati, recepto, omnes in solidum vel

uno vestrum apse (sic) duo huiusmodi limites et granicies iusto libramine equitatis discernere et instituere nulla negligatis racione, grati obsequii nobis in eo iudicio ostensuri.¹⁾ Datum in Oborniki feria quarta post festum sancti Viti anno Domini etc. vicesimo.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 204. (e).

¹⁾ Brak wyrazu rządzącego genitiwem *grati obsequii*.

XX.

W Krakowie 29. Sierpnia 1421 r.

Sędziowie polubowni rozstrzygają spór między Wawrzyńcem z Prochnik klerykiem przemyskiej dyecezyi a miastem Lwowem.

In nomine Domini amen. Cunctis pateat per hoc publicum instrumentum, quod cum inter discretum et providos viros Laurencium Cristini de Prochniky Clericum Premisliensis diocesis ex una et advocatum, prothoconsulem et consules necnon totam comunitatem civitatis Leopoliensis ex altera partibus pro et super nonnullis litibus, controversiis, displicenciis, iniuriis, dampnis, expensis et interesse occasione mutillacionis, percussionis, violencie inter partes predictas in civitate Leopoliensi per eosdem mutuo facte, exorta esset materia questionis, predictae partes, volentes parcere laboribus, fatigis et expensis in nos Iacobum de Zaborow Vicarium in spiritualibus reverendi in Christo patris et domini domini Alberti Dei gracia Episcopi Cracouiensis generalem,¹⁾ Nicolaum Sculteti, decretorum doctores, fratrem Michaellem baccalarium sacre theologie, ordinis domus hospitalis, Sigismundum de Pysdri, arcium magistros et Bartholomeum de Kalis conventorem ecclesie sancti Stephani in civitate Cracouiensi unanimiter et concorditer compromiserunt, nos quoque in arbitros, arbitratores et amiables compositores concorditer elegerunt et nominaverunt, dantes nobis omnimodam facultatem supra premissis congoscendi, pronuncciandi, arbitrandi, laudandi, mandandi, diffiniendi et sentenciandi, prout nobis melius et dictis partibus utilius videtur expedire. Nos igitur compromisso inter partes predictas coram notario publico infra scripto solempniter facto per venerabilem virum dominum Iacobum de Zaborow decretorum doctorem et Vicarium in spiritualibus prefati reverendi in Christo patris domini Episcopi Cracouiensis generalem predictum de unanimi voluntate et consensu ac de speciali mandato nostris in scriptis protulimus nostram sentenciam et pronuncciavimus in hec verba:

Cristi nomine invocato Nos Iacobus de Zaborow, Vicarius in spiritualibus prefati reverendi in Christo patris domini Alberti, Dei gracia Episcopi Cracouiensis, generalis, Nicolaus Sculteti, decretorum doctores, Michael, Sigismundus magistri arcium et Bartholomeus, conventor ecclesie sancti Stephani, predicti arbitri, arbitratores et amicabile compositores per discretum Laurencium Cristini de Prochniky, Clericum Premisliensis diocesis predictae ex una et Clementem Consulem nec non Vincencium Notarium civitatis Leopoliensis ibidem presentes suo advocatique et consulum ac tocius comunitatis dicte civitatis Leopoliensis nominibus parte ex alia, super nonnullis controversiis, displicenciis et iniuriis occasione mutillacionum, gwerrarum et violenciarum atque percussionum nec non et aliorum in compromisso per partes predictas in nos factorum expressorum, auditis et intellectis hinc inde propositis per partes predictas coram nobis factis, ipsis diligenter revolutis et examinatis habitaque super hoc matura deliberacione, sufficienti collacione et tractatu diligenti, volentes per viam equitatis dictas partes ad pacem reducere et sublata litis materia in caritate mutua confovere, concordia mediante, de comuni consensu et mandato per hanc nostram sentenciam arbitralem et mandatum, quam et quod ferimus in hiis scriptis, dicimus, laudamus, mandamus, pronunciamus, decernimus et declaramus prout et quantum ex vi et potestate in compromisso nobis tradito possumus et valemus in hunc modum, prout infra sequitur, per partes ipsas inviolabiliter et sub penis in compromisso vallatis et interpositis perpetuo observandum. Et primo dicimus, laudamus, mandamus, pronunciamus, decernimus et declaramus, quod ab hodierna die deinceps et in antea lites, questiones et quecunque disceptaciones, iurgia et discordie, que inter partes predictas occasione mutillacionum, percussionum, violenciarum, molestiarum et dampnorum atque iniuriarum mutuo invicem ortarum, quod de cetero inter partes predictas cessabunt omnino et cessare debent cum effectu nec eas altera pars debet movere alteri et suscitare; sed dum et quando prefatum Laurencium civitatem predictam Leopoliensem descendere contingerit (*sic*) aut contingat tociens quociens opus fuerit et sibi videbitur, prefati advocatus et consules, totaque communitas eiusdem civitatis neque per se nec per submissam personam ipsum inquietare quoquomodo presumant, sed ipsum liberum et securum in civitate predicta manendi et exeundi, prout sibi videbitur utilius et commorandi in eadem, ipseque Laurencius, dum et quando ipsum ibidem morari contingat, contra prefatos advocatum et consules nichil litigiosi faciat, sed miti modo atque decenti cum eisdem disponat, nec aliquem ex ipsis verbo vel facto iniurioso et nocivo perturbare debet aut cuiquam inviolanciam ibidem inferat. Item dicimus, laudamus, mandamus, pronunciamus, decernimus et declaramus, quod pro bono pacis, concordie et caritatis mutuo inter partes easdem firmiter observando prefati advocatus et consules, totaque communitas civitatis Leopoliensis predictae in complacenciam et utilitatem ac ad voluntatem dicti Laurencii Clerici pro medicina vulnerum fatigarumque et expensarum in viis facta-

rum triginta florenos Hungaricales ad festum sancti Martini proxime venturum irremissibiliter persolvant ac apud aliquem probum et honestum virum videlicet magistrum Nicolaum Goltberk vel alterum alium sic, ut ad noticiam prefati Laurentii vel alii, quem ipse loco sui ad tollendum florenos predictos constituerit, pervenire poterit, in Cracouia reponant. Item dicimus, laudamus, mandamus, pronuncciamus, decernimus et declaramus, quod omnia iura et munimenta causam seu factum predictum tangencia, que dictus Laurentius in curia Romana contra cives predictos habet vel adhuc habere se sperat undecunque et maxime citationem, quam de curia Romana contra eosdem obtinuit nec non et alia iura, que ad presens habere potest aut potuerit, infra quatuordecim dies ad manus notarii cause predictae reponat ac representet et exposit alia instrumenta causam seu factum predictum tangencia, dum et quancito habuerit, similiter reponat et presentabit. Item dicimus, laudamus, mandamus, pronuncciamus, decernimus et declaramus, quod dum et quando prefatus Laurentius in civitatem predictam Leopoliensem descendet, Bartholomeus pincerna, invasor suus, in dicta civitate inhabitans, assumptis sibi quatuor personis idoneis in loco publico, notorio ac honesto coram consulibus civitatis Leopoliensis predictae veniam faciet iuxta modum et formam circa talia fieri consuetam. Que omnia et singula dictis partibus firmiter et inviolabiliter observanda sub penis in compromisso appositis et expressis dicimus, laudamus, mandamus, pronuncciamus, decernimus et declaramus. Lecta, lata et in scriptis pronuncciatum est hec nostra sententia per venerabilem virum dominum Iacobum de Zabrow, decretorum doctorem, corarbitrum et collegam nostrum supradictum. Quam sententiam partes predictae ibidem statim emologaverunt, approbaverunt et firmiter tenere promiserunt. Super quibus omnibus et singulis dicte partes pecierunt sibi fieri unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno Domini millessimo quadringentesimo vicesimo primo, indicione quartadecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, divina providencia Pape quinti anno quarto, die Veneris, vicesima nona mensis Augusti, hora terciarum vel quasi, in domo honorabilium virorum dominorum altaristarum retro scolam ecclesie sancte Marie in acie in civitate Cracouiensi situata, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Magistro Nicolao Goldberk Rectore alme universitatis studii Cracouiensis, Andrea de Curdwanow Canonico Plocensis et Posnaniensis ecclesiarum et Lazaro Mathie de Narussow Clerico Plocensis diocesis, publico imperiali auctoritate Notario, testibus circa premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Bartholomeus Nicolai de Lancicia, Clericus Gneznensis diocesis, publicus imperiali auctoritate Notarius, quia predictis sentencie leccioni et pronuncciacioni aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, age-

S. N.

rentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum, sentenciam in se continens, manu propria conscribens, in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis consignando, in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislacum* VI. A. 7. str. 205 (e-g).

¹⁾ *Generalis* w kopii.

XXI.

W Krakowie 25. Września 1421 r.

Wawrzyniec z Prochnik kleryk dyecezyi przemyskiej przysięga, że zgubił papiery odnoszące się do jego sporu z miastem Lwowem, a choćby się znalazły, użytku z nich żadnego robić nie będzie.

In nomine Domini amen. Sub anno nativitatis Eiusdem millesimo quadringentesimo vicesimo primo, indicione quarta decima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Martini, divina providencia Pape quinti anno quarto, die Iovis, vicesima quinta mensis Septembris, hora quasi terciarum, in pallacio superiori domus habitacionis venerabilis viri domini Andree Mischka, Archidiaconi et Officialis Cracouiensis, sito ex opposito collegii iuristarum in Cracouia, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia et coram prefato domino Andrea Mischka, Archidiacono et Officiali Cracouiensi, constitutus personaliter discretus Nicolaus Andree de Strelicz Wratislawiensis diocesis, asserens se procuratorem pro parte dominorum consulum et comunitatis civitatis Leopoliensis, petebat per Laurencium Cristini de Prochnik, Clericum Premisliensis diocesis, reponi citationem extractam de curia Romana et instrumenta ac alia iura, que haberet contra predictos dominos consules et totam comunitatem civitatis Leopoliensis et quibus debuit uti in curia Romana in prosecutione cause sue contra predictos consules et comunitatem dicte civitatis Leopoliensis, prout ad reponendum predicta citationem cum instrumentis adminiculis ex causa concordie per certos arbitros et presertim venerabilem virum magistrum Iacobum de Zaborow, doctorem decretorum, superarbitrum, fuit et erat astrictus, inter prefatum Laurencium ex una et predictos consules et comunitatem dicte civitatis Leopoliensis parte ex

altera de et super quibusdam iniuriis et aliis, ut dicebatur, violentibus manuum iniectioibus. Quiquidem Laurencius sic pro parte predictorum consulum et comunitatis dicte civitatis Leopoliensis per Nicolaum predictum requisitus coram prefato domino Andrea Archidiacono et Officiali dixit se predicta citacionem et instrumenta casu fortuito amisisse et perdidisse; prefatoque Nicolao eidem super amissione premissorum fidem adhibere nolente, predictus Laurencius ibidem in manibus predicti domini Andree Archidiaconi et Officialis, tactis corporaliter sacrosanctis evangeliiis, iuramentum prestitit, quod predicta citacionem et instrumenta, quibus debuit uti in prosecucione cause contra predictos consules et comunitatem, perdidit et amisit nec potest rehabere et si rehaberet, ex tunc nollet ipsis uti, renuncciando eisdem et aliis omnibus adminiculis, que ipsum iuvare possent causa in predicta contra predictos consules et communitatem. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus Nicolaus Andree de Strelicz, nomine quo supra, ut asseruit, procuratorio sibi peciit a me notario publico infrascripto confici presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatus, die, hora et loco quibus supra, presentibus Clemente Boguslai de Drzewicza et Lazaro Mathie de Narusowo Clericis Gneznensis et Plocensis diocesum, Notariis imperiali auctoritate publicis, testibus ad premissa.

Et ego M. de C. Clericus Gneznensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate nec non etc.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego : *Copiarium Dipl. Przemislaeum*. VI. A. 7. p. 205. (h—i).

XXII.

W Krakowie 11. Listopada 1421 r.

Wawrzyniec z Prochnik kleryk dyecezyi przemyskiej kwituje miasto Lwów z 30 złotych węgierskich, wypłaconych mu w skutek wyroku sądu polubownego.

In nomine Domini amen. Sub anno nativitatiss Eiusdem millesimo quadringentesimo vicesimo primo, indicione decima quarta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, divina providencia Pape quinti anno quarto, die vero Martis, undecima mensis Novembris, hora quasi vesperorum, in pallacio anteriori domus habitationis venerabilis viri domini Andree Myschka, Archidiaconi ac Officialis Cracouiensis, sito ex opposito collegii iuristarum in Cracouia in mei

notarii publici testiumque infrascriptorum, ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum, presencia constitutus personaliter venerabilis vir dominus magister Iacobus de Zaborow, decretorum doctor, tenens et habens suis in manibus triginta florenos Hungaricales, ut asseruit ex parte dominorum consulum et tocius comunitatis civitatis Leopoliensis apud ipsum repositos ad dandum et solvendum cuidam Laurencio Cristini de Prochnik, Clerico Premisliensis diocesis, ex causa et in vim paricionis concordie de et super quibusdam iniuriis et aliis, ut dicebatur, inieccionibus manuum violentibus, cuius concordie prefatus magister Iacobus, doctor decretorum, asserebat se fuisse super-arbitrum, et eosdem triginta florenos in presencia mei notarii publici infrascripti numeratos offerebat se ad dandum et solvendum predicto Laurencio ibidem presenti, dummodo dictus Laurencius velit quittare et dimittere solutos predictos consules et totam comunitatem predictae civitatis Leopoliensis. Quiquidem Laurencius, numeratis et receptis predictis triginta florenis in auro, recognovit se ibidem publice recepisse ex causa concordie supra descripte ac prefatum magistrum Iacobum, decretorum doctorem, depositarium, nec non prefatos dominos consules totamque comunitatem civitatis Leopoliensis in personam discreti Nicolai Andree de Streliez Wratislawiensis diocesis, ipsorum se procuratorem asserentis, parte eciam adversa in ipsum consenciente, de dictis triginta florenis quittos et absolutos, de ulterius non petendo, dimisit et quittavit. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus Nicolaus de Streliez nomine procuratorio, quo supra, a me notario publico infrascripto sibi peciit confici presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatus, die mensis, hora, loco quibus supra, presentibus Clemente Boguslai de Drzewicza et Lazaro Mathie de Narusowo Clericis Gneznensis et Plocensis diocesum, Notariis imperiali auctoritate publicis nec non Swantoslao dicto Pelka de Muykow et Stanislaio de Przesseki laicis Cracouiensibus, testibus ad premissa.

Et ego Michael Czybory de Wolya Dransgowa, Clericus Gnesnensis diocesis, publicus imperiali auctoritate Notarius, quia premissis omnibus dum sic, ut prefertur, fierent et agerentur una cum prenomatis testibus presens interfui eaque sic fieri etc.

XXIII.

W Sokalu 2. Kwietnia 1422 r.

Ziemowit ks. mazowiecki poświadcza, że Wolczko z Gródka i Andrzej z Chodywaniec zawarli ugodę w sprawie o granice i używalność z lasów.

In nomine Domini. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Semovitus Dei gratia Dux Masoviae Russiaeque Princeps, terrarum Ravensis, Sochaczoviensis, Gostinensis, Plo-nensis nec non dominus et haeres Visnensis et Belsensis significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod coram nostra nostrorumque nobilium praesentia videlicet nobiles Wolczko de Grodek ¹⁾ ex una et Andreas de Chodiwancze ²⁾ ex altera partibus haeredes personaliter constituti concordiam inter ipsos per dominum Prandotham de Po-biedna haeredem Pincernam Ravensem et Capitaneum Lubaczoviensem pro dissensionibus granitierum et usu certarum sylvarum ac aliis utilitatibus factam, ordinatam et dispositam palam et per expressum recognoverunt, ipso pincerna coram nobis etiam praesente existente, videlicet pro Wolczko in his sylvis videlicet Laziska ³⁾, Koczalin ⁴⁾, Gorno ⁵⁾ et merica, quae inter Laziska et Coczalin iacet, debet habere duo tantum signa alias znamiona mellifitorum vulgariter Bartnikow et non plura in eisdemque sylvis et merica praefatis inter sylvas situata, prout ipsa sylva et merica sunt longe et late distinctae, venationem cuiuslibet animalis tantum ad suam curiam, pascuasque, ligna ac robora pro aedifi-catione domorum tam pro se quam suis omnibus hominibus, videlicet in Grodek, Niedessow ⁶⁾, Pienianii, Hopkie ⁷⁾ existentibus uti, potiri et gaudere perpetuis temporibus sine cuiuslibet hominis et signanter praefati Andreae de Chodiwancze et suorum successorum qualibet contradictione, hoc adiecto, quod melifitii alias Bartniki cum duobus signis praefatis, in merica praefata non debent plura quam modo sunt mellifitia excidere, aptare et facere, sed in sylvis praefatis quantum poterint plura iuxta quod eis videbitur possunt adaugere. Ipsique melifitii cum duobus signis habere debent omnimodam potestatem venandi animalia in fossis videlicet Iama, Riczicza, Stempicza ac mardurem prout est de consuetudine mellifitorum antiqua; praefatique tam Wolczko quam Andreas et eorum successores ad praedictas sylvas alienos homines de villis aliorum vicinorum ad praefatas sylvas nec pro praetio nec gratis intromittere debent, sed solummodo soli cum eorum hominibus uti debent. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius praesentibus est appensum. Actum et datum in Sokale feria quinta ante dominicam Ramispalmarum anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, praesentibus ibidem strenuis, nobilibus et honorabilibus viris dominis Widzga de Ostrow Vexillifero Plocensi, Paulo Plichta de Skotniki Vexillifero

Sochaczoviensi et curiae nostrae Marsalco, Ioanne alias Mleczeko de Liesczkowo Capitaneo Belsensi, Petro alias Luca de Lubana Subpincerna aulae nostrae, Ioanne de Zaborowo, Czamborio Canonico Plocensi et Rectore ecclesiae in Biala et Stanislao Pawlowski Archidiacono et Canonico Plocensi nec non Ravensis, Sochaczoviensis et Russiae terrarum nostrarum et aulae nostrae Cancellario, qui praesentia a nobis habuit in commissis, et aliis quam plurimis nostris fidelibus, dignis fide testibus ad praemissa.

Podług kopii nowożytnej.

- 1) Gródek nad Bugiem w gubernii lubelskiej.
- 2) Chodywańce w gubernii lubelskiej.
- 3) Laziska w gubernii lubelskiej.
- 4) Koczalin, nie mogłem odszukać.
- 5) Górnio w gubernii lubelskiej.
- 6) Niedeszów i Pieniany, nie mogłem odszukać.
- 7) Hopkie w gubernii lubelskiej.

XXIV.

W Niepołomicach 23. Listopada 1422 r.

Władysław Jagiełło wydaje rozporządzenie normujące monetę.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie etc. fidelibus nostris dilectis Spitkoni Capitaneo nec non terrigenis, nobilibus, consulibus et civibus civitatis et terre Leopolis et Russie graciosam Regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti! Multa et varia pensantes incomoda, que ex falsa et iniqua moneta aliisque rerum defectibus Regno nostro imminebant et in ipso sunt suborta, prelatos, barones, nobiles, cives et vulgum Regni nostri ad nos in Nepolomice vocavimus, ut ipsorum communitatis consiliis huiusmodi malis succurrere valeamus. Multa itaque cum ipsis deliberacione habita ad reformandum statum Regni nostri, quem non in paucis vidimus concidere, infrascripta statuta et articulos, communi edicto omnibus Regni nostri subditis cuiuscunque status, condicionis et dignitatis fuerint, firmiter deponimus, decernimus observanda sub penis in dictis statutis et articulis contentis et expressis. Quocirca tibi capitaneo mandamus strictissime, quatinus mox visis presentibus, tribus nobilibus et quatuor civibus predictae civitatis nostre Leopoliensis fidedignis tibi adhibitis, presencia statuta et articulos iuxta tenorem ipsorum fideliter et iugiter exequaris, ut hinc et

infra festum Purificacionis sancte Marie virginis proximum plene executioni hec singula mandarentur.

Domini, prelati et barones, consilarii serenissimi principis ac domini nostri graciousissimi domini Wladislai Regis Polonie etc. cum consulibus civitatis Cracouiensis et aliarum civitatum Regni de moneta mediorum grossorum, que per iniquos falsarios infecta dinoscitur in excessiva quantitate, concluderunt in hunc modum observandum et tenendum ab universis et singulis tam nobilibus quam aliis quibuscunque hominibus, cuiuscunque status fuerint et condicionis.

In primis, quod omnes et singuli homines predicti et persone sub infra-scriptis penis irremissibiliter exigendis infra hinc et festum Purificacionis sancte Marie proximum monetam tam bonam quam falsam, quantumcunque habuerint vel habere poterint, videlicet terra Russie ad civitatem Leopoliensem et sic de aliis terris et civitatibus capitalibus earum tenebuntur apportare ad deputatos seu deputandos in dictis civitatibus huiusmodi electores.

Item dicti deputati electores pecuniarum debebunt pecunias huiusmodi, quas ab apportantibus receperint, eligere et bonas a malis separare et que fuit pecunia bona et approbata per dictos electores restituatur ex integro apportantibus, malam autem et falsam ex toto concremabunt. Et si in dicta moneta falsa taliter concremata aliquid resultaverit de argento, quorum fuerit pecunia, argentum huiusmodi reddatur una cum cupro masse.

Item quicunque huiusmodi falsam monetam reservare presumpserit usque post festum Purificacionis sancte Marie predictum et repertus fuerit usque ad fertonem habere de illa, tamquam falsarius et Reipublice destructor et offensor teneatur pena falsariorum puniendus, nisi legitime ab aliquo intercederetur et intercessorem loco sui presentaret et statueret coram dominis prelati, baronibus etc. predictis in termino sibi legitimo prefigendo.

Item dicti prelati et barones ex mandato domini nostri Regis et tocius comunitatis Regni in convencionem in Nepolomicze constituti in civitatem Cracouiensem descendentes cum consulibus dicte civitatis monetam mediorum grossorum et latorum grossorum Pragensium probaverunt in cremacione. Et quia invenerunt monetam grossorum Pragensium in certa quantitate excrescere, statuerunt auctoritate Regia pro addicionibus super grossos predictos sedecim grossos observare sub pena Regali Syedmnadzescza alias XIII marcaram nuncupata fisco Regio applicanda tocies, quociens statuto predicto fuerit contraventum. Ad quod observandum tam Regni indigene quam alii extranei et forenses, cuiuscunque fuerint condicionis vel status, asstringantur et nichilominus perdent pecuniam illam, pro qua inter ipsos tractatus seu forum sit, fisco Regio applicandum.

Item de mercanciis vendencium et emencium, si alter eorum huiusmodi statuti fuerit repertus transgressor seu contemptor, omnia bona sive omnes res ille, pro quibus forum contrahitur inter ipsos vendentes et ementes, cuiuscunque fuerint generis vel speciei, quantitatis vel valoris, amittat et perdat pro fisco Regio applicandas et applicanda.

Item quicunque huic statuto contraveniens et timore pene suprascripte et constitutionis predictae merces suas et quascunque res venales abscondere presumpserit cautulose et dolose, huiusmodi res fisco Regio publicentur; aut si aliquis a mercatoribus tam indigenis quam extraneis merces necessitatis proprie causa comparare vel emere presumpserit, unde rerum omnium caristia solet contingere, amittat res omnes huiusmodi pro fisco Regali, dummodo res huiusmodi et merces fuerint de genere esculentorum et poculentorum, ut puta: piper, zinziber, carifoli, nuces muscatum, crocus, ciminum, alleca, pisces, ferine et volatilia quelibet. Et vina qualiacunque undecunque adducantur non zophiscicentur nec sublimantur, sed in ea qualitate, in qua adducta sunt, propinantur sub amissione tocus vini et pena civitatis transgressoribus infligenda. Quodque non liceat uni vel duobus tantum res huiusmodi sed multis et pluribus pro comodo civitatis et tocus populi comparare.

Item addiciones suprascripte solummodo de rebus, que de alienis partibus adducuntur, observentur; de hiis autem rebus, que in Regno sunt vel haberi poterint, moneta communis et Regni currens teneatur more solito et sicut prius recipi et teneri est consuetum, videlicet pro sellis, frenis, calceamentis, ocreis, feramentis, cera, sartura, fabricatura et quibuslibet rebus mechanicis, pelliceis, curribus, foderativis, pro lignis edificialibus.

Item omnes fraternitates mechanicorum et alie quecunque, cum in dampnum et incomodum Reipublice vergere videantur, cassari debent, annullari et deleri. Datum in N(*epolomicze*) in die sancti Clementis ¹⁾.

Z rękopisu bibl. uniwersyteckiego w Przemyslu: *Copiarium Dipl. Przemislacum*. VI. A. 7. p. 215.

¹⁾ W kopii naszej data jest niezupełna. Według wiadomości udzielonej mi przez p. dra. Prochaskę oryginał dokumentu tego znajduje się w metryce litewskiej w Petersburgu z datą zupełną: W Niepołomicach w dzień św. Klemensa 1422 r. Według tego uzupełniamy naszą datę.

XXV.

W Nowym Sączu 9. Czerwca 1423 r.

Ławnicy nowosądeccy poświadczają, że Piotr Jasielski wraz ze swą siostrą odstępują Maciejowi Przytule dworzysko w Nowym Sączu.

Scabini civitatis Nowesandecz Iohannes Hilbrandi, Malchar Iocusch Kessler, Cloz Gorlicz, Ieorgius Walter, Michael pistor et Iohannes Fornayl significamus tenore presencium, quibus expedit universis, recognoscentes publice et expresse iudicio ex bannito, cui Malchar prefatus nostri officii scabinatus confrater presidebat, quomodo accedens Petrus Iasselsky cum sorore sua nostram iudiciiue banniti presenciam, non coacti sed bona sui sana et libera premeditatione, vero vendicionis titulo aream ipsorum patrimonii in acie in platea depilacionis versus balnam (*sic*) iacentem rite et racionabiliter in solidum resignaverunt hereditarie Mathie Przitula, nostro eciam concivi, ad faciendum et dimittendum iuxta sue beneplacitum voluntatis, promittentes libertate prout iuris ordo requirit diem et annum. Harum quibus sigillum nostri scabinatus officii subtus est appensum testimonio literarum. Datum, actum feria quarta proxima infra octavam Corporis Christi anno Domini millesimo CCCC XX tercio.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 35. Dolna część pergaminu wraz z pieczęcią odcięta.

XXVI.

W Nowym Sączu 22. Września 1424 r.

Piotr z Pisar podkomorzy królowej zwalnia mieszczan nowosądeckich z zapłacenia kary.

Petrus heres de Pissari, Subcamerarius Reginalis Regni Polonie etc., significamus tenore presencium, quibus expedit universis harum noticiam habituris, quomodo consules novecivitatis dicte Sandecz pro penis tribus pepli Reginalis per nostrum camerarium camere nostri subcamerariatus dignitatis inculpati, coram eodem camerario personaliter nostro constituti se rite et racionabiliter iustificarunt; quequidem pene, proch dolor, ibidem in Sandecz, ut preferebatur, extiterunt perpetrare. Idcirco antedi-

ctos consules cum tota comunitate Sandeczensi a penis huiusmodi, que si perpetrare fuerint ante datam presentis littere, finaliter et firmiter temporibus eviternis presentium tenore absolvimus et liberamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Noua Sandecz in crastino sancti Mathei evangeliste anno Domini M^oCCCC XXIII^o.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 36. Pięczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym wisiała, zaginęła. Na drugiej stronie ręką 17-go wieku: Wolność o czepiec królowej Jey męży.

XXVII.

We Lwowie około 1425 r.

Rajcy lwowscy pożyczają u Jakóba plebana świdnickiego 150 grzywien groszy pragskich obowiązując się w zamian wypłacać corocznie temuż Jakóbowi a w razie jego śmierci bratu jego Piotrowi na każde święto Jerzego i Michała po siedm i pół grzywien.

Nos consules civitatis L. Iohannes Sculteti tunc Prothoconsul, Nicolaus Kurner, Petrus Czeczlicz, Clemens Gutler etc. cum consilio et voluntate antiquorum consulum I. Gebawir, Georgii Fleyscher, Andree pistoris etc. ac tocius comunitatis consensu recognoscimus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo considerantes perpendentesque multiplices defectus et magnas necessitates, quibus civitas predicta occupata existit, nonnullisque debitis involuta, volentes igitur huiusmodi necessitatibus obviare fideliter, ut tenemur, apud honorabilem virum dominum Iacobum Plebanum Sweydnicensem centum et quinquaginta marcas grossorum Pragensium pro comodo et utilitate dicte civitatis accepimus. Pro quibus quidem pecuniis quindecim marcas grossorum Pragensium, numeri Polonici videlicet quadraginta octo grossos in marcam computando, census annui annis singulis scilicet ad quodlibet festum sancti Georgii septem marcas cum media et ad quodlibet festum sancti Michaelis septem marcas cum media in pretorio Lemburgensi tollendas et sufferendas vendidimus predicto domino Iacobo Plebano Sweydnicensi et Petro, fratri suo germano, ad vite ipsorum dumtaxat tempora assignantes. Promittimus nichilominus eisdem in bona fide et sine dolo pretactos census in terminis prenotatis dare et assignare quavis negligencia proculmota, asstringentes quoslibet successores nostros consules, qui in loca nostra successerint, ad solutionem censuum premissorum, ista adiuncta condicione, quod memo-

ratus dominus Iacobus ipso vivente in humanis elegit sibi dominium dicti census eundem pro se observando. Post abitum vero ipsius domini Iacobi memorati census modis, quibus supra, ad antedictum Petrum germanum ipsius debebunt pertinere; prefatis eciam domino Iacobo et Petro fratre suo sublatis de medio seu mortuis, mox nos consules predictae civitatis L. totaque eiusdem civitatis comunitas a solutione dicti census quindecim marcarum grossorum fore libere debebimus perpetuo et soluti. Harum quibus sigillum civitatis predictae presentibus est appensum. Datum feria quarta etc. ¹⁾

Z rękopisu bibl. uniwersyteckiego w Pradze *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 215 (a-c).

¹⁾ Z wymienionych w dokumencie rajców odnaleźć można tak w naszym wydawnictwie jak i kronice Zubrzyckiego tylko: Andrzeja Pistora. Jest on w r. 1413 ławnikiem (IV str. 83), w r. 1423 rajcą a 1425 rajcą starym (*consul antiquus*) [*ibidem* str. 119 i 138 i Zubrzycki, Kronika str. 89], że zaś w dokumencie tym zachodzi jako *consul antiquus* kładziemy więc dokument ten mniej więcej na rok 1425.

XXVIII.

We Lwowie na początku 1427 r.

Ormianie lwowscy oskarżają Mikołaja Zassowskiego o porwanie córki Grzegorza szlachcica ormiańskiego.

Magnifice Domine graciose! Pudet scribere, sed necessitas clamorque viduae et orphanorum invalescens angustias, turbaciones et obprobria per quendam Nicolaum Zassowsky, consanguineum domini Petri Włocowicz, Capitanei Leopoliensis, crudeli punicione propter eius demerita digna sub taciturnitatis silencio nulla ratione pertransire nos permittunt. Qui die dominico in vigilia Epifanie Domini rabida vexatus insaniam, assumptis secum quibusdam complicitibus et revera omnibus quasi castrensibus de castro alciori Leopoliensi, familiaribus scilicet dicti capitanei, cum quibus, spreto timore Creatoris nostri, se de eodem castro armata manu in villam Leszco ¹⁾ deferebat et irruens in curiam atque domum relicte Gregorii, militis Armenicalis defuncti, filiam ipsius, virginem, de stirpe nostra progenitam, ante unius anni spacium Armeno Abraam, filio Tolag, confratris nostri, sponsatam per violenciam, irreverenter, contra voluntatem eius cepit, rapuit et eam impie secum duxit in Xnelow ²⁾ ad curiam Regalem offenditque matrem eius senectute propectam ipsamque multis plagis et duris percussionibus sic dire affecit, quod semiviva cecidit in terram; atque familiam eius feminei sexus, cum ibi non fuissent masculi, cum suo comitatu graviter lesit et oppressit. Abducta itaque per eum puella mater misera, pleno dolore concussa, resumptis aliquibus suis viribus, surgens

insecuta est predictum detentorem usque in villam Xnelow pro sua recuperanda filia; que ibidem per Golambconem et Feen de Coszice vestimentis suis est depredata ablatisque per eos vestimentis filiam suam raptam denuo rapientes eam in Zympnewody ³⁾ abduxerunt. Propter quod nos unanimiter auxilium Nicolai Korcz Nickel Woyewode Leopoliensis invocavimus, petentes vidue predictae et filiae eius raptae iusticiam fieri pro tali enormi violencia. Qui iusticiam contra illum violatorem ministrare penitus renuit nec quitquam curavit facere ad premissa eo, quod esset frater dicti domini capitanei. Nos itaque, cum vidimus viduam ipsam et filiam omni iusticia destitutas, accessimus consules nostros Leopolienses, viros utique magni consilii conspicuos, et hanc gravem molestiam vidue predictae et orphano illicite illatas recitando narravimus. Qui, pie condolentes huiusmodi infamiae, nobis consiliis suis fideliter assisterant et nichilominus literas suas rigidas nobis ad dominum capitaneum predictum dari decreverunt pro dicta virgine rehabenda. Et tum nos cum predicta domina venissemus in Knyhenyce, ⁴⁾ ubi tunc capitaneus depausabat. Ad quem descendentes se contulimus et premissas iniurias per omnia sibi explicavimus. Qui respondit non istam virginem raptam fecisse recipere sed sororem eius iuniorem, et alia responsa ab eo audivimus evasiva, ex quibus et aliis consigniis concepimus hoc nephas ex ipsius procedere swasione. Actamen nobis literam suam dissimulando contulit ad woyewodam predictum, in qua dicitur commississe sibi, ut mandaret predicto Zassowsky cum virgine rapta coram eo comparere in Leopoliensi civitate. Woyewoda autem acceptis literis capitanei et perlectis dixit, illum cum puella ad alias partes recessisse. Quare certi sumus, aliud quoque non sentimus et iam manifeste comperimus nisi hanc enormem rapture iniuriam ordinatione predictorum capitanei et woyewode fore commissam. Postque iterum ipsa vidua orbata nobiscum ad pretorium Leopoliense comieavit, ubi invenit duos strenuos viros dominos Ostaszonem de Daudow et Boguchwal, sedentes cum consulibus tam antiquis quam modernis, coram quibus ipsa rursus querelas angustiales de amissione filiae suae lamentabiliter renovavit et tantorum dolorum aculeis facta est anxia et in multa doloris anxietate corporea abductionem filiae et eius absenciam sub tanti vituperii sigillatione transducte deflet; nec finis est eius lamentis et lacrimis quam hucusque oculos suos a lacrimarum profluviis non siccat, cum noverit eam de laribus propriis nequiter abstractam sub vili iugo detentam. Et vere dicere possumus, quod consules predicti, facti lacrimarum ipsius viduae participes, pleri ex eis de tante crudelitatis sevicia sibi miserabiliter illata in lacrimas flebiliter prorumpebant. Et licet hec omnia tangunt pauperculam viduam et filiam suam, que o utinam more virginali tractaretur, tangunt tamen comunitate omnes homines filios habentes et filias in toto ambitu huius Regni. Vestram igitur Magnificenciam, de qua in hiis et aliis plenam spem et fiduciam firmam obtinemus, humiliter deprecamur, quatenus dicte puellae tam puderosam tamque crudelem iniuriam et ignominiosam dedecoris iacturam pensantes nobis auxiliis

graciosis pro recuperacione puelle rapte assistere et quod raptor pro tot commissis violenciis aliis in terrorem condigne ulcioni exponatur operam impendere dignemini. Nam et si nos omnis vite nostre discrimina subire contingat a querelis non cessabimus, donec virgo abstracta matri eius atque sponso restituatur et excessoribus huiusmodi condigna pena pro suis excessibus irrogetur. Et nichilominus hanc deturpacionem magnifico domino Iohanni Tarnow, Pallatino Cracouiensi, per scripta dignemini explicare. Datum ⁵⁾ etc. Tota comunitas Armenorum civitatis Leopoliensis.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. karta 53a-54a.

¹⁾ Laszki ze Srokami wieś w starostwie lwowskiem.

²⁾ Skniłów wieś w starostwie lwowskiem.

³⁾ Zimnawoda wieś w starostwie lwowskiem.

⁴⁾ Knihenice wieś w starostwie rudeckiem.

⁵⁾ Datę opuszczono; nie ulega jednak wątpliwości, że dokument ten pochodzi z r. 1427 i to według wszelkiego prawdopodobieństwa z początku tego roku. Piotr Włodkowiec bowiem, wspomniany w tym liście, był starostą ruskim w latach 1425 — 1427. Poprzednikiem jego był Spytek z Tarnowa, następcą zaś Jan Mężyk z Dąbrowy, występujący w tej godności już 4. Sierpnia 1427 r. (AGZ, II. 82). List ten mógłby przeto pochodzić z lat 1425, 26 lub 27. Ponieważ jednak w liście powiedziano, że Zassowski porwał ormiankę *die dominico in vigilia Epifanie*, święto Trzech Króli zaś z tych trzech lat tylko w r. 1427 przypada na Poniedziałek, musi przeto list ten pochodzić z r. 1427 i to niewątpliwie z początku t. j. niebawem po owem porwaniu.

XXIX.

W Wiślicy 18. Sierpnia 1427 r.

Władysław Jagiełło przykazuje urzędnikom królewskim, aby nie wybierali cła od towarów mieszczan Nowego Sącza.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. universis et singulis capitaneis, woyewodis, burgrabiis, tenutariis, procuratoribus, viceprocuratoribus, advocatis, magistris civium, consulibus, civibus, theologatoribus, poncium, navigiorum, passuum locorumve custodibus et eorum vicesgerentibus in terra Russie et presertim in Leopoli et Premisl civitatibus nostris ubilibet constitutis, presentibus requirendis, fidelibus dilectis, graciam Regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti. Cives et incole civitatis nostre Sandecz exposuerunt coram nobis, quomodo, dum cum rebus et mercanciis ipsorum in Regno nostro proficiscuntur, theolonea, super quibus a nostris predecessoribus dive memorie Regibus et ducibus

Polonie obtinent plenam et perpetuam libertatem, ab eis per vos exiguntur et in preiudicium iurium et libertatum ipsorum ad solucionem huiusmodi theoloneorum compelluntur et arcentur et circa ipsis concessam non servant libertatem. Quapropter vobis et cuilibet vestrum premissis nostris damus Regalibus in mandatis nulla volentes carere racione, quatenus a predictis civibus nostris Sandecensibus nulla penitus theolonea exigere presumatis aut levare, dum et quando ipsos cum rebus et mercanciis eorum per Regnum nostrum et terras Russie contingerit (*sic*) proficisci, quinymmo ipsos circa concessam eis libertatem perpetuam per nostros predecessores debeatis inviolabiliter conservare; gracie nostre sub obtentu secus facere non ausuri. Harum nostrarum vigore litterarum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum (*sic*). Datum in Wislicia feria secunda proxima post festum Assumpcionis beate virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo.

Ad relacionem venerabilis Stanislai Czolek
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał perg. w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 37. Na pasku perg. zawieszona mniejsza pieczęć królewska na czerwonym wyciśnięta wosku; pozostała z niej większa część.

XXX.

W Wislicy 19. Sierpnia 1427 r.

Władysław Jagiełło reguluje opłatę ceł od żeglugi na Dunajcu i Wiśle,
którą mieszczanie sądecy uiszczają.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Lithwanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam presentium habituris, quod cum clamor validus gravisque querela civium civitatis nostre Sandecensis nostras aures de et super intollerabilibus exactionibus theoloneorum in passibus et obstaculis aquarum a strugibus lignorum per Regni nostri nobiles inhumaniter exactorum impulsasset, adeo enim huiusmodi irrepserat exaccio, quod mercatores nedum lucris suis frustrati fuerunt, sed eciam in propriis eorum mercibus intollerabilia dampna perceperunt, tamen nos clamoribus pauperum taliter finem, quod nulla racione in recidivam refricentur, imponere et unumquemque Regni nostri subditum sua sorte contentum esse et gaudere cupientes, animo deliberato unacum prelatibus et baronibus

Regni nostri in generali congregacione presenti nobiscum congregatis perpetuo nostro edicto statuimus et pronuncciamus ac pronuncciamus per presentes, quod exnunc et inantea mercatores civitatis predictae, quociens ipsos per fluvium Dunayecz versus Prussiam cum suis strugibus ac aliis mercibus fretari aut fluitare et ad obstacula vulgariter yazi, in quibus pisces actu piscantur, descendere seu transire et applicare contigerit, tociens solum a foramine obstaculi, quod per dominos obstaculorum ipsis debet aperiri, per quod transire poterint, ratione theolonei unam marcam communis monete Polonialis solvere domino eiusdem obstaculi tenebuntur, alii vero cum strugibus subsequenter a solutione sint liberi et soluti, tamdiu quousque foramina obstaculorum huiusmodi recludentur. Si vero iidem mercatores ad obstacula molendinorum seu deserta pervenirent aut per alios insolitos passus sine fraccione obstaculorum ex decursu et inundancia aquarum contingentes fretaverint, similiter ad nullam solutionem cuiquam faciendam tenebuntur. Preterea dum et quando iidem mercatores continuato remige ad fluvium Wisla pervenerint, extunc domini obstaculorum a foramine obstaculi duas marcas exigant et de reliquis nichil exigere aut petere presumant; et de locis desertis molendinorum atque locis sive passibus ex inundancia aquarum plerumque contingentibus, prout superius in fluvio Dunayecz inconcusse observetur. Item predictis nostris civibus cum strugibus et mercanciis ipsorum fluitantibus per fluvios Dunayecz et Wisla ad littora applicare, stare et quiescere sine qualibet solutione damus et concedimus omnimodam facultatem, ita tamen, quod si usum lignorum vel graminum in bonis alicuius terrigene eosdem cives nostros habere contingerit (*sic*), eidem terrigene pro lignis et graminibus faciant condignam satisfaccionem. Ut autem presens nostra ordinacio suo non frustretur effectu, mandamus igitur universis et singulis prelati, baronibus, proceribus, nobilibus premissa firmiter et irrefragabiliter observare. Harum nostrarum vigore literarum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum (*sic*). Actum Wislicie feria tertia proxima post festum Assumpcionis beate virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo, presentibus reverendis in Christo patribus Alberto Gneznensis Archiepiscopo, Sbigneo Episcopo Cracouiensis ecclesiarum, necnon magnificis et strennuis Iohanne de Tharnow Cracouiensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Martino de Rithwani Lanciensi Pallatinis, Andrea de Zelechow Subcamerario Sandomiriensi et aliis quampluribus fidedignis. Datum per manus venerabilium virorum Iohannis Schaffranecz Decani Cracouiensis, Cancellarii et Stanislai Czolek Vicecancellarii Regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem strennui Laurencii de Kalynowa
Marsalci Regni Polonie.

Oryg. perg. w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 38. Na sznurku jedwabnym koloru białego, czerwonego i czarnego zawieszona na czerwonym wosku wycięta mniejsza pieczęć królewska.

XXXI.

W Nowem Mieście 29. Sierpnia 1427 r.

Piotr z Falkowa sędzia i Zawisza z Oleśnicy podsędek ziemscy sandomierscy poświadczają, że Piotr z Woli Dmytrowskiej obowiązał się zwrócić mieszczanom sądeckim 3 grzywny pobrane od nich nieprawnie za tamę na Wiśle.

Nos Petrus de Falkow Iudex et Zauissius de Oleschnicza Subiudex terre Sandomiriensis generales profiteur universis, quibus expedit presencium per tenorem, quia nobilis Petrus de Wolya Dmytrowska heres coram nobis personaliter comparendo recognovit publice et se presentibus inscripsit circumspectis et providis viris ac dominis civibus de Sandecz pro solucione trium marcarum peccuniis in paratis et ad restitutionem earum eisdem, quas racione fraccionis obstaculi sui in fluvio dicto Wysla in ipsis minus iuste exigerat et eadem restitucio dictarum trium marcarum fieri debet ad festum sancti Martini proxime venturum in pretorio civitatis ipsorum ibidem in Sandecz sub dampno equali, prout se debitum extendit principale, iuramento ipsorum civium quolibet procul moto et pena quindecim pro domino Rege debenda. Cum condicione tamen tali, quod in eadem pena capitaneus Sandomiriensis, qui fuerit pro tempore, tamdiu eundem debitorem ipsorum debebit in quibuslibet duabus septimanis inpignorare, quamdiu dictis civibus pro debito principali et pro dampno inde sequuto per eundem Petrum non fuerit satisfactum. Hoc eciam adiuncto, cum predictos cives in primis post datam presencium cum mercibus ipsorum defluere contigerit flumine memorato, tunc in prima ipsorum defluccione post datam litere presentis sibi pro violacione seu distraccione sui obstaculi minime quidquam solvere teneantur eidem nec ipse Petrus quibusque extorsionibus proinde sequitis ipsos debebit gravari, sed libere transire et defluere permitti ac liberari sub pena prenotata. Harum quibus in testimonium nostra presentibus sigilla sunt appensa. Datum in Nowacivitate ipso die Decollacionis sancti Iohannis Baptiste anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo, presentibus hiis dominis validis militibus et dominis Cristino Castellano Cracouiensi, Iohanne Cracouiensi, Iacussio Siradiensi, Martino Lanciensi Palatinis, Paulo Iudice, Iacussio Subiudice terre Cracouiensis generalibus et aliis multis fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 39. Obydwie pieczęci zaginęły wraz z paskami pergaminowymi, na których wisiały.

XXXII.

W Krakowie 14. Maja 1434 r.

Mikołaj Michałowski kasztelan i starosta krakowski rozstrzyga wraz z innymi dostojnikami spór mieszczan nowosądeckich i bardyjowskich o drogę z Bardyjowa do Krakowa.

Nicolaus de Michalow Castellanus et Capitaneus Cracouiensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris, quomodo coram nobisque (*sic*), magnificis, strennuis et nobilibus dominis Petro videlicet seniore Schaffraniecz de Pyeschkowa Skala Palatino Cracouiensi, Alberto Malsky Lanciensi et Magistro curie Reginalis, Iohanne Baliczsky Radomiensi Castellanis, Adam de Thur Iudice Lanciensi et Sigismundo de Bobowa Subiudice Cracouiensis terrarum generalibus ex speciali comissione serenissimi principis domini Wladislai Polonie etc. Regis de convencione Noueciuitatis Corczin in quadragesima proxime preterita celebrata facta, sedentibus ad audiendum, decidendum et terminandum displicencias et controversias inter cives Nowe Sandecz ex una et Barduyouienses civitatum ex altera partibus subortas et per tempora retroacta iam duratas pretextu vie et transitus cum rebus et mercanciis de Barduyow ad Cracouiam et de Cracouia in Barduyow viceversa cives civitatum iamdictarum coram nobis et dictis dominis privilegia et iura ipsorum, que a dominis videlicet Kazimiro dive memorie et Wladislao moderno Polonie Regibus Kazimiri predicti confirmante partibus ab utrisque, inter que privilegia et iura eciam duas literas iudiciales, unam videlicet Iohannis Thanczinsky Castellani, aliam Spithkonis Palatini, quondam Capitaneorum Cracouiensium nostrorum antecessorum, Barduyouienses cives prefati sua pro parte reproduxerunt et legendas super premissis sopiendis posuerunt. Quibus privilegiis partibus ab utrisque positis unacum literis ipsisque lectis et tenoribus auditis eorundem ac auscultatis cum memoratis dominis decrevimus et decernimus per presentes, quod cives et mercatores Barduyouienses cum ipsorum dumtaxat rebus et mercanciis eundo de Barduyow ad Cracouiensem per Grebow usque in Czchow et redeundo viceversa via eadem libere abs impedimento proficiscentur et transibunt, non tamen cum rebus et mercanciis alienis neque alienas res propriis adiungentes. Sin autem eadem via in eundo ad Cracouiam et in redeundo viceversa, ut premititur, cum rebus alienis seu propriis rebus alienas res adiunctas habentes, deprehensi, inventi et detenti fuerint quoquomodo, extunc cives memorati Nouosandecenses omnes res et mercancias proprias et alienas Barduyouiensium prelibatorum plenam et omni-

modam insimul recipiendi spe non restitutionis habebunt facultatem et receptas thezauro Regio assignabunt infiscando. Hoc interiecto, quod cives et mercatores antedicti Barduyouienses cum mercanciis propriis, ut premititur, proficiscendo signetur ipsorum civitatis tociens quociens iverint civibus Nouosandecensibus huiusmodi ductionis in credelam in eadem via demonstrabunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in castro Cracouiensi feria sexta proxima ante festum Penthecostes anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Oryginał perg. w archiwum miejskiem Nowego Sącza nr. 40. Na pasku perg. zawieszona pieczęć z odciskiem herbu Poraj na zielonym wyciśnięta wosku. W obwódce napis: SI. NICOLAI DE MICHALOW CACTELLAN̄ (sic) CRAC.

XXXIII.

W Krakowie 29. Lipca 1434 r.

Wojciech arcybiskup gnieźnieński i prymas pozwala Mikołajowi synowi Borzysława ze Starzyn klerykowi gnieźnieńskiemu przyjąć święcenia i beneficya w jakiejkolwiek innej dyecezyi.

Albertus Dei gracia sancte ecclesie Gneznensis Archiepiscopus et Primas discreto Nicolao Borzyslai de Starziny Clerico nostre diocesis Gneznensis salutem in Domino sempiternam. Tibi milicie clericali ascribi cupienti, ut a quocumque antistite catholico dumtaxat gratiam sedis apostolice ac comunem Christifidelium obtinente omnes sacros clericorum ordines temporibus a iure statutis successive percipere valeas, dummodo per diligentem examinationem ad hoc idoneus repertus fueris, super quo conscienciam ordinantis oneramus et aliud canonicum non obsistat, et quod extra propriam diocesim divina officia celebrare et ecclesiastica sacramenta ministrare valeas et possis ac eciam beneficium ecclesiasticum, de quo tibi provisum fuerit, poteris obtinere, duximus indulgendum et tenore presencium indulgemus. Nos enim de vita et conversacione tuis in quantum humana sinit fragilitas laudabile testimonium perhibemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Cracouie die Iovis vicesima nona mensis Iulii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 41. Po pieczęci zawieszanej na pasku pergaminowym pozostało tylko wcięcie.

XXXIV.

W Gródku 12. Marca 1435 r.

Janusz biskup przemyski promowuje Mikołaja syna Borzysława ze Starzyn
kleryka gnieźnieńskiego na subdyakona.

Ianussius Dei gracia Episcopus Premisliensis, decretorum doctor, universis et singulis quibus expedit, quod de anno Domini millesimo CCCC^o tricesimo quinto omnes sacros clericorum ordines celebrantes in ecclesia parochiali sancte Crucis in Grodek Leopoliensis dyocesis ex speciali mandato et consensu reverendissimi in Christo patris et domini domini Iohannis Dei gratia Archiepiscopi Leopoliensis Sabato Quattuor-
temporum, quo in ecclesia Dei Intret etc. decantatur, discretum Nicolaum Borzyslai de Starzyni Clericum Gneznienensis dyocesis habentem dimissoriam sui dyocesani, ad provisionem nostram rite examinatum idoneumque repertum, ad gradum subdyaconatus Divina nobis gratia suffragante promovimus. In cuius rei testimonium nostrum¹⁾ est appensum. Actum et datum in Grodek anno, die, loco, quibus supra.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 42. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć z odciskiem herbu Doliwa na czerwonym wyciśnięta wosku. W obwódce: S. IANUSSII DEI GRA EPI: PREMISLIENSIS.

¹⁾ Opuszczono: *sigillum*.

XXXV.

We Lwowie 16. Kwietnia 1435 r.

Jan arcybiskup lwowski promowuje Mikołaja syna Borzysława ze Starzyn
kleryka wrocławskiego na presbytera.

Iohannes Dei gracia Archiepiscopus sancte ecclesie Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod sub anno nativitatis Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto Sabato magno sollempnis Pasche omnes sacros clericorum ordines in ecclesia nostra Leopoliensi sollempniter celebrantes discretum Nicolaum Borzislai de Starzyni Clericum Wladislaiensis diocesis de licencia sui diocesani ad provisionem recolende memorie reverendi in Christo patris domini Ianussii

Episcopi Premisliensis rite examinatum idoneumque repertum ad gradum presbiteratus promovimus gracia Divina nobis ad hoc suffragante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno, die et loco, ubi supra, indicione tredecima, pontificatus sanctissimi domini nostri Eugenii Divina providentia Pape quarti anno quinto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim w Nowym Sączu nr. 43. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy, na którym była zawieszona.

XXXVI.

W Krakowie 17. Listopada 1435 r.

Zygmunt z Roszkowic wójt prowincjonalny prawa niemieckiego magdeburskiego najwyższego sądu w Krakowie wraz z ławnikami transumuje dokument Władysława Jagiełły z r. 1412.

Nos Sigismundus de Roschkowicz, Advocatus provincialis iuris Theutunici Maydburgensis supremi castris Cracoviensis, una cum septem scabinis iuratis iudicii eiusdem videlicet Iohanne Wedraw, Barthossio Banthcowsky, Iohanne Grislaw civibus Cracoviensibus, Micossio sculteto de Glogoczow, Nicolao sculteto de Suloschowa, Mathia Lathala et Iohanne Gładky incolis Kazimiriensibus, per illustrissimum principem et dominum dominum Wladislaum Dei gracia Regem Polonie etc. ad id specialiter deputatis recognoscimus tenore presencium, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, significantes, quod pro parte advocati, consulum, scabinorum et civium Noue Sandecz privilegium tenoris infrascripti fuit in bannito iudicio coram nobis presentatum ac petatum, quod idem privilegium faceremus auctoritate serenissimi principis et domini domini Wladislai Dei gracia Regis Polonie et ipsius Regie Maiestatis iudicii banniti iuris supremi predicti vigore transsumere in exemplar et documentum decernentes. Cuiusquidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tu następuje dokument Władysława Jagiełły wydany w Krakowie 18. Sierpnia 1412 r. wydrukowany powyżej nr. XVII. Potem brzmi transumt dalej:

Nos itaque prefati advocatus et scabini iuris et castris predictorum attendentes concessionem et robur iurium et privilegiorum, quibus predicti advocatus et incole civitatis prelibate Noua Sandecz a Regia munificencia dotati existunt, eosdem cives et incolas, si et dum ad nos et nostri exposit iudicii presenciam citari contingerit (*sic*) a posicione et oblacione dicti privilegii ipsorum coram nobis et iudicio nostro

predicto offerendo tenore presencium quittos pronuncciamus penitus et solutos. Volentes sic, ut premittitur, si et dum citati fuerint visis nostris presentibus litteris ad remissionem ad ipsorum iura ulla absque pecuniaria solucione preter notarii salario de cetero contentari. In quorum omnium singulorumque fidem et testimonium ac robur firmitatis perpetue presentes confici litteras mandavimus et sigilli Regii appensione, quo in iudicio predicto utimur, fecimus communiri. Actum et datum in castro Cracouiensi feria quinta proxima ante festum sancte Elyzabeth electe anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 44. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć z odciskiem znacznie zatartym ale wyglądającym jakoby głowa wola z krzyżem między rogami i arabeskami w około, na czerwonym wycięniętą wosku z napisem w otoku: S. IVRIS. PROV. IUDICII. IN. CASTRO. CRACO. †

XXXVII.

W Sączu 30. Sierpnia 1436 r.

Mikołaj z Brzezia podstoli krakowski i sądecki starosta potwierdza układ, mocą którego Zygmunt młynarz sprzedał dwa młyny koło Sącza położone bratu swemu Piotrowi za 460 grzywien groszy pragskich.

Nos Nicolaus de Brzesie terre Cracowiensis Subdapifer a (*sic*) Noueciuitatis Sandeczensisque Capitaneus significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris, quomodo ad nostram veniens presenciam providus Sigismundus, molendinator amborum molendinorum circum civitatem Sandecz sitorum, non compulsus nec coactus sed spontanea voluntate, bona et matura deliberacione suorum cum consensu amicorum provido Petro fratri suo germano pactum fori et contractum rite et realiter, prout inter se mutuo fecerunt necnon fine effectivo amicabiliter concluserunt, recognovit, quia predicto Petro molendina pro quadringentis marcis et sexaginta marcis latorum grossorum Pragensium numeri et ponderis Polonicalium, in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando, vendidit temporibus duraturis ac in evum. Terminos et dies solucionis predictarum pecuniarum ipsis assignaverunt coram nobis recognoscentes, prout hoc in littera scabinorum clare omnia et singula inter eos ordinata continetur. Predicti vero Sigismundus et Petrus nos nostrumque ad id consensum a nobis et benivolenciam petiverunt. Nos vero nomine officii nostri capitaneatus, prout a serenissima principe et domina domina Zophia Dei gracia Regina Polonie etc., domina nostra graciousissima, habuimus in mandatis, volentes eisdem parere, ad

ipsorum instantes petitiones sumus acclinati, memorantes utrorumque obsequia, quibus nobis complacuerunt et aucto fidelitatis studio in futurum prestancius complacere dino-scentur, ipsorum petitionibus satisfacere volentes, serenissime domine Regine, domine nostre graciousissime, consensum contulimus eisdem ac nostrum favorose, ita ut molendina pretacta pro tanta summa pecuniarum vendere indulsumus et per presentes indul-gimus, ita tamen, quod absit, si in posterum acciderit, ut aliquis aliquo spiritu ductus vel aliqua alia condicione superveniente forum predictum violare vellet seu nocere in eodem, uti prefertur, ut non habeat robur firmitatis, sed prout vendicio ac fori paccio est facta ita teneri debet perpetue atque firme, rate grateque temporibus eviternis, et prout in litera serenissimi principis et domini domini Wladislai Dei gracia dive recor-dacionis Regis Polonie etc., domini nostri graciousissimi, descriptum exstitit satis plane, speciali ex gracia ipsius Serenitatis eidem Sigismundo concessa graciose, quia idem Sigismundus molendina nec non bona eorundem sua iuxta beneplacita deducat et voluntatem, prout sibi melius ac utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Sandecz feria quinta ipso die sanctorum Felicis et Adaucti sub anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 45. Na sznurku jedwa-bnym koloru pąsowego była zawieszona pieczęć Mikołaja z Brzezia, która zaginęła. Na odwrotnej stro-nie napis: *Productum coram dominis lustratoribus in Sadecz (sic) anno 1617.*

XXXVIII.

W Krakowie 24. Lutego 1437 r.

Władysław Warnęczyk potwierdza mieszczanom sądeckim przywilej króla Wła-dysława Jagielly wydany w Wiślicy 19. Sierpnia 1427 r. w sprawie opłaty cła od żeglugi na Wiśle i Dunajcu.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo acce-dentes nostram prelatorumque, baronum et tutorum nostrorum in hac generali conven-cione congregatorum presenciam famosi circumspectique consules et cives civitatis nostre Sandecensis privilegium olim serenissimi principis domini Wladislai recordacionis felicis Polonie Regis, patris nostri carissimi, alias de convencione generali Wisliciensi emanatum atque datum de et super certis ordinacionibus theloneorum a strugibus et mercanciis per fluvios Wysla et Dunayecz circa passus obstaculorum et alia loca the-

lonearia solvi debendorum coram nobis et predictis consiliariis nostris produxerunt, petentes humiliter per nos de gracia speciali comitti et mandari illud privilegium et contenta in eo ipsis consulibus et civibus a singulis subditis nostris integre conservari. Cuius privilegii tenor sequitur et est talis.

Tu następuje dokument Władysława Jagiełły z 19. Sierpnia 1427 r. wydrukowany powyżej nr. XXX. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos itaque attendentes dictam ordinationem pro theloneis huiusmodi factam et singula in prescripto privilegio contenta sic matura deliberacione concepta fore conclusa et ordinata, eidem privilegio inherentes de consilio omnium prelatorum, baronum et tutorum nostrorum in parlamento generali presenti nobiscum congregatorum, vobis omnibus prelati, palatinis, castellanis, capitaneis, nobiles, terrigenis, theloneariis et quibusvis subditis nostris firmiter precipientes mandamus, quatenus cives iamdictos circa huiusmodi ordinationem et singula puncta, condiciones, articulos et clausulas in dicto privilegio contentas conservare debeatis et conservari faciatis plene et integre. Et nichilominus volumus et presentis scripti patrocinio decernimus, quod contra non servantes premissa et ampliora thelonea in dictis civibus ultra sepiusdictam ordinationem exigentes, eisdem civibus per capitaneos nostros, in quorum capitaneatibus hec agerentur, ad unam diem iusticia ministretur expedita, harum testimonio literarum, quibus sigillum nostrum est appensum. Datum Cracovie die dominico Reminiscere anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 46. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym była zawieszona, zaginęła.

XXXIX.

W Krakowie 25. Lutego 1437 r.

Władysław Warneńczyk przykazuje rajcom miejskim i poborcom cel w Poznaniu, Kaliszu, Pyzdrach i Chęcinach, aby szanowali przywileje mieszczan sądeckich dotyczące opłaty cel.

Wladislaus Dei gracia
Rex Polonie etc.

providis consulibus civitatum nostrarum Poznaniensis, Calisiensis, Pysdrensis et Chan-
czinensis ac theloneatoribus nostris in eisdem et eorum vicesgerentibus presentibus

requirendo fidelibus nostris gratiam Regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti! Constituti coram nobis et baronibus nostris in presenti convencionem cives nostri Sandecenses literas libertatis ipsorum a theloneis perpetuas produxerunt et conquesti sunt, quomodo ab ipsis et eorum incolis thelonea exigitis, que alias nunquam solvebant. Et quia non pecaverunt ipsi cives, propter quod ipsorum pretacta eorum libertas observari non deberet, mandamus igitur vobis de consilio baronum et tutorum nostrorum predictorum, quatenus ab ipsis et eorum altero thelonea recipere non debeatis nec recipi permittatis. Et si quid ab eis nomine thelonei recepistis, id sine difficultate restituatis eisdem, fideiussores eorum, si quos in dicto theloneo posuerunt, unacum omnibus vadiis liberos a caucione fideiussoria dimittatis et solutos, aliud non facturi. Datum Cracovie feria secunda post dominicam Reminiscere anno Domini MCCCCXXX septimo.

Ad relacionem magnifici Iohannis de
Coneczpole Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum nowosądeckim nr. 47. U dołu była pieczęć na czerwonym wosku wyciśnięta, ale się wykruszyła.

XL.

W Gdańsku 16. Kwietnia 1437 r.

Rajcy gdańscy uwiadamiąją rajców lwowskich o układzie, który stanął pomiędzy niejakim Aleksym i Rusinem Ihnatem i polecają im wykonanie takowego.

Honorabilibus ac prudentibus viris, dominis burgimagistro, consulibus et iuratis ceterisque gubernatoribus civitatis Lemburgensis in Russia, amicis ac fautoribus nostris preamandis et quibus expedire poterit quomodolibet universis. Nos proconsules et consules civitatis Danzik in Prussia cum salutacione amicabili tenore presencium cupimus fore notum, quod coram nobis consulatui presidentibus personaliter sunt constituti discretus Allexius presencium ostensor, nec non Ihenad, quondam notarius et famulus eiusdem ita, quod idem Ihenad iamdicto Alexio deputavit, appropriavit et totaliter resignavit prenominato Alexio C cum X sexagenis grossorum in prompta pecunia, unum palium burgense, scamnis grisii aut novi (?) coloris subductum cum vario (?) et unum equum glaucei coloris cum una cista depositas et ad fideles manus deditas apud quendam nomine Stanislaum conburgensem in Lemburg dando et concedendo prenominato Allexio plenam ac omnimodam potestatem prememoratam summam

C et X sexagenas una cum rebus prescriptis a prenominato Stanislao emovendi, exigendi, repetendi ac per viam iuris ac alias qualitercunque extorquendi et percipiendi ac in usus sibi placitos et congruos divertendi, prout sibi visum fuerit oportunum, ratum, gratum, stabile atque firmum perpetuo habiturus, quicquid per dictum Allexium actum, factum aut dimissum fuerit in premissis. Quamobrem Prudencias Vestras nobis plerumque comendabiles ac universos et singulos iudices, iusticiarios ac iusticie ministros quoscunque tam ecclesiasticos quam civiles, qui presentibus fuerint requisiti quomodolibet ac hortati, cum omni, qua possumus, affeccione, rogamus, quatinus sepe nominato Allexio benigne promocionis suffragia pariter eciam auxilia dignentur favorosius impartiri, ut a supra dicto Stanislao solucionem expeditam et debitam in summa pretacta et expedicionem realem in rebus prescriptis aut congruum iusticie complementum consequatur realiter cum effectum. Id ipsum erga Universitatem Vestram ac vestrates ac universos et singulos et eorum subditos reciproca vicissitudine remeabimini requisiti. Scriptum Danzick sub nostre civitatis secreto in testimonium premissorum presentibus tergo tenus sub appresso, anno Domini M^o CCCC XXX septimo feria tertia proxima post dominicam Misericordias Domini.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 239 (b).

XLI.

W Gdańsku 16. Kwietnia 1437 r.

Rajcy gdańscy uwiadamią rajców lwowskich o drugim układzie, który stanął pomiędzy niejakim Aleksym i Rusinem Ihnatem i polecają im wykonanie takowego.

Comendabilibus ac magne providencie viris, dominis burgimagistro, consulibus et iuratis ceterisque gubernatoribus civitatis Lemburgensis in Russia, amicis ac fautoribus nostris sincere dilectis et quibus expedire poterit quomodolibet universis. Nos proconsules et consules civitatis Danzick in Prussia cum omni promptitudinis benivolencia tenore presencium significamus ¹⁾, quod coram nobis in domo consilii nostri presidentibus circumspecti viri iudex et scabini baniti iudicii civitatis nostre iam dicte fidedignis suis relacionibus profitendo publice recognoverunt, qualiter coram eis in iudicio personaliter constitutus quidam Rutenus nominatus Ihenad, quondam notarius et famulus discreti viri Allexii, presencium ostensoris, melioribus fori via, iure et modo, quibus melius et efficacius potuit, deputavit, appropriavit et condescendendo penitus

resignavit iam dicto Allexio, presencium ostensori, summam nonaginta sexagenas grossorum. In quibus quidem nonaginta sexagenis Iohannes dominus de Snetin vir, ut dicitur, comburgensis prenominato Ihenad, ut asserit, occasione veri et legitimi debiti rite et realiter obligatur. Similiter prememoratus Ihenat modo prescripto prenarrato Allexio resignavit unum vas sive tunnam reservatam et retentam aput quendam nominatum Stanislaum, virum similiter conburgensem, in qua tunna, ut narrat, continetur quidem color, qui in vulgari nuncupatur Czerwicz, cum certis pellibus lincis in vulgari dictis lochse et in eadem tunna continetur quedam litera obligatoria, que sonat et iudicat super eas nonaginta sexagenas supranotatas, quam simili modo deputavit dando et concedendo eidem prenominato Allexio plenam ac omnimodam potestatem prescriptam summam nonaginta sexagenas aut valorem earundem una cum tunna et rebus in ea contentis prescriptis a prememorato Iohanne de Snetin et Stanislao aut in rebus et bonis ipsorum ubicunque talia poterint experiri emovendi, exigendi, repetendi et per viam iuris aut alias quomodocunque extorquendi et percipiendi ac in usus sibi placitos et congruos divertendi, prout sibi visum fuerit optimum, ratum, gratum, stabile atque fixum perpetuo habiturus, quicquid supranominatus Allexius facere ac dimittere decreverit in premissis. Quamobrem Providencias Vestras plerumque commendabiles ac universos et singulos iudices, iusticiarios ac iusticie ministratores quoscunque ecclesiasticos videlicet et civiles, qui presentibus fuerint requisiti quomodolibet aut hortati, cum ea, qua possumus, affectione, rogamus, quatinus sepenominato Allexio benigne promocionis suffragia pariter et auxilia dignemini favorosius impartiri, ut ab antenominatis Iohanne de Snetin et Stanislao solucionem expeditam ac debitam in summa ac rebus in prescripto vasi contentis aut congruum iusticie complementum consequatur realiter cum effectum. Id ipsum erga Universitatem Vestram et vestrates ac universos et singulos aut eorum subditos reciproca vicissitudine remeabimini requisiti. In quorum omnium evidens testimonium sepedicte nostre civitatis Danczik secretum presentibus dorsaliter est appressum, anno Domini M^o CCCC^o XXXVII^o feria tertia post dominicam Misericordias Domini etc.

Z rękopisu bibl. uniwersyteckiego w Przemyslu: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 239 (b)
— 240 (a).

¹⁾ *Reservamus* w kopii.

XLII.

W Piotrkowie 16. Grudnia 1438 r.

Władysław Warneńczyk potwierdza i odnawia wszystkie prawa i przywileje poddanych swych świeckich i duchownych.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 48. Na sznurku jedwabnym koloru białego, czerwonego i czarnego zawieszona pieczęć majestatyczna Władysława Warneńczyka. Dokument był już drukowany według innego oryginału w AGZ. V str. 93 nr. 75.

XLIII.

W Kamieniu nad rzeką Czarną 15. Października 1439 r.

Władysław Warneńczyk zapisuje Olechnowi na wsi Komarach, w obwodzie oleskim położonej, 20 grzywien polskich.

Vladislaus Dei gracia Rex Polonie Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo attendentes grate fidelitatis studiosa obsequia, quibus nobilis Olechno terrigena¹⁾ Oleszczensis Maiestati nostre complacuit et in futurum aucto fidelitatis studio prestancius potitur complacere, horum intuitu cupientes ipsum graciaram nostrarum prosequi favoribus et ad obsequia nostra continuo reddere promciorem, sibi in et super villa nostra Camarow²⁾ in terra Russie et districtu Oleszczensi sitta viginti marcas monete et numeri Polonicalium, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, damus, donamus, inscribimus et largimur per ipsum Olechno et ipsius legitimos successores in predictis viginti marcis tenendam, habendam, utifruendam et pacifice ac quiete possidendam cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, boris, mericis, gays, nemoribus, rubetis, fluviis, lacubus, piscinis, molendinis, emolumentis, mellificiis aliisque obvencionibus quibuscunque³⁾ tam diu quousque per nos aut successores nostros sibi aut suis successoribus predictae viginti marce fuerint⁴⁾ persolute integraliter et ex toto. Quibus exsolutis possessio predictae ville ad nos et successores nostros devolvetur pleno iure; iuribus tamen et stacionibus nostris Regalibus videlicet semper salvis. Harum quibus sigillum

nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in Camyen circa fluvium Czarna feria quinta ipso die sancte Hedwigis anno Domini millesimo quadringentissimo tricesimo nono⁵⁾.

Oblata w *Castr. Leop. Ind.* t. 13. str. 690 na roczkach: „*Acta sunt hec feria secunda post festum Divisionis Appostolorum proxima anno Domini 1530*“ (18. Lipca) z dokumentu w ten sposób opisanego; „*Littere pargamenee cum titulis et sigillis in zona pargamenea subappensis olim pie memorie serenissimi principis Vladislai Dei gracia Regis Polonie officio castri Leopoliensis oblate et propter ammissionem in acta presencia sunt acticate.*“

¹⁾ W kopii *Slenigena*. ²⁾ Komary wieś w starostwie przemysłańskim, w obwodzie sądowym złoczowskim. ³⁾ W kopii *cuiusque*. ⁴⁾ W kopii *fuert*. ⁵⁾ Dalej brakuje.

XLIV.

W Budzie 20. Sierpnia 1440 r.

Władysław Warneńczyk uwalnia mieszczan sądeckich od wszelkiej opłaty w królestwie węgierskim w ogóle a w mieście Lubomli w szczególe.

Commissio propria Domini Regis.

NOS WLADISLAUS DEI GRACIA HUNGARIE, POLONIE, DALMACIE, CROACIE ETC. REX LITHUANIEQUE PRINCEPS SUPPREMUS ET HERES RUSSIE ETC. MEMORIE COMMENDAMUS TENORE PRESENCIUM significantes, quibus expedit universis, quod licet fideles nostri dilecti cives, mercatores, negociatores et inhabitatores civitatis nostre Sondoczch¹⁾ Regni nostri Polonie propter diversas ymmo graves expediciones agendorum Regni nostri pretaeti, tum eciam propter multimodas fidelitates et obsequiosas promptitudines, quas iidem non parcendo rebus et personis suis sub locorum et temporum diversitate nostre Serenitati exhibentes se nobis gratos reddere studuerunt et acceptos, maioribus Regie munificencie antidotis digne essent premiandi, ut tamen nostre bone intentionis argumenta erga se senciant de presenti et de maioribus spem habeant et fiduciam in futurum, Regio quoque dicta civitas largius adiuta presidio de bono in melius progrediens tam fidelitatis constancia quam rerum affluentia augeatur, eosdem cives, mercatores, negociatores et quoslibeth inhabitatores memorate civitatis nostre Sondoczch a solutione tricesime et cuiuslibeth tributi seu theolonii in quibuscumque locis Regni nostri Hungarie pretaeti specialiter vero in opido nostro Libro exigi solitis de speciali gracia et ex certa nostre Maiestatis sciencia perpetuis futuris temporibus duximus

eximendos, absolvendos, eliberandos et emancipandos, ymmo eximimus, absolvimus, eliberamus et emancipamus presencium per vigorem, volentes ipsos cives, mercatores et inhabitatores nostros de Sondoczch ac eorum quemlibet huiusmodi nove exempcionis et libertatis prerogativa futuris semper successivis et perpetuis temporibus illibate potiri et gaudere. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis prelati, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et alterius cuiusvis status et condicionis atque preeminencie hominibus tricesimas et tributa tam in terris quam super aquis intra ambitum prefati Regni nostri Hungarie habentibus et tenentibus nostrisque et eorundum tributariis et tricesimarum exactoribus quibuslibet et specialiter tricesimatori vel tributario nostro in predicto Libro constituto presentibus et futuris presencium noticiam habituris firmissimo nostro Regio precipimus sub edicto, quatenus dum et quodocumque aut quocienscumque memorati cives, mercatores et inhabitatores nostri de Sondoczch vel eorum alter pro acquirendis victuum eorum necessariis cum ipsorum curribus, pannis, rebus scilicet venalibus et mercibus quibuscumque mercandi causa de dicto Regno nostro Polonie in iamfatum Regnum nostrum Hungarie hincinde proficiscentes tam in eundo quam redeundo ad vos et ad loca tricesimarum et tributorum tam nostrorum quam vestrorum presencium sub confidentia pervenerint, eosdem ad nullius omnino tricesime, tributi seu theolonei solucionem compellere seu astringere presumatis nec sitis ausi modo aliquali, sed eosdem et eorum quemlibet cum rebus suis universis absque tricesime tributique postulacione et exaccione, ut prefertur, in eundo et redeundo libere et quiete transire, peragrari et proficisci permittere et permitti facere modis omnibus debeatis nec in hiis secus facere audeatis. Contrarium facientes autem per comites et vicecomites ac iudices nobilium illorum comitatum, in quibus huiusmodi mandata nostra non observarentur, ad plenariam eorundem observacionem nostra auctoritate ipsis in hac parte specialiter attributa et iusticia mediante arcus serie presencium compelli committimus et astringi, aliud ergo sub obtentu nostre gracie facere non ausuri. Presentes autem post earum lecturam semper reddi iubemus presentanti. Datum Bude in festo beati Stephani Regis anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Oryg. perg. w archiwum nowosądeckiem nr. 49. Po pieczęci na pergaminowym zawieszonej pasku pozostało tylko wcięcie. Na odwrotnej stronie: *Producta coram dominis lustratoribus in Noua Sącz anno 1624.*

¹⁾ Cała pisownia i aktykacya dokumentu tego pokazują, że powstał on w węgierskiej kancelaryi króla Władysława.

XLV.

We Lwowie 16. Marca 1443 r.

Piotr Odrowąż wojewoda i starosta ruski wraz z zasiadającymi na sądzie asesorami przyznaje wieś Krostkowice czyli Kowry Franciszkowi Dziewiętnickiemu.

Nos Petrus Odrowansch de Sprowa Palatinus et Capitaneus terre Russie generalis significamus tenore presencium, quibus expedit universis presencium noticiam habituris presentibus et futuris, quomodo coram nobis et aliis magnificis ac generosis dominis Iohanne Knehniczki Castellano Haliciensis, Nicolao Parawa de Lubyn Capitaneus Haliciensis, Nicolao Gologorsky Subdapifero et Nicolao Clusz de Vysznani Subpincerna Leopoliensibus, Wlothcone de Byelka, Andrea Malechowsky, Petro Romanowsky, Martino Zawyscha de Starescholo iudicialiter nobiscum presidentibus facta est litis controversio questionis inter nobiles Franciscum Dzewanthnyczky actorem et Raphaellem de Krostkowycze reum de et super bonis videlicet villa Krostkowicze¹⁾ alias Kowry, propter quod nobis Regia Maiestas seriose mandavit et comisit, ut sibi Raphaeli iura, si que haberet, super eandem villam Krostkowicze alias Kowry produxisset coram nobis; qui volentes exequi Regalia mandata precepimus hodie terminum assignando iura producendi. Dum autem iuri paruit in medio nostri, asserebat se lucrari iure mediante super eodem Francisco dictam villam Krostkowycze alias Kowry in presencia primi et secundi capitaneorum, nostrorum antecessorum videlicet Raphaelis et Spithkonis de Tharnow alias de Iaroslav Leopoliensis. Quem dum Raphaellem predictum requisimus et mandavimus litteras predictas sentencie diffinitive monstrare coram nobis prima, secunda et tertia vicibus et quarta ultra iuris formam, dixit se velle monstrare litteras super huiusmodi bona sibi confectas et pecunias inscriptas bonis in eisdem. Nos vero pro tribunali sedentes, prout forma iuris perswasit, cognita ipsius Francisci iusticia equitatis iuxta et secundum litteras Regales dictam villam Krostkowicze alias Kowry adiudicavimus, sentenciavimus et pronunciamus habendam, tenendam, utifruendam ac pacifice et quiete possidendam. Si autem is Raphael villam eandem iure super eodem aquirere voluerit litteris Regalibus iure mediante, litteris eisdem Regalibus aquirere potuerit et valebit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Leopoli sabbato post dominicam Invocavit anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio presentibus ut supra.

Oryginał pergaminowy, własność prywatna. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy. Na odwrotnej stronie napis z 17 wieku: List na Chrosthowicze.

¹⁾ Krostkowice wieś leżała w okolicy Dziewiętnik (w starostwie bobreckiem); obecnie nie ma jej ani w skorowidzach ani na mapie Kummersberga.

XLVI.

We Lwowie 15. Stycznia 1444 r.

Piotr Odrowąż ze Sprawy wojewoda i starosta ruski przyznaje wieś Bartoszow Piotrowi z Bartoszowa.

Actum in castro Leopoliensi feria quarta ante Marcellini anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo quarto in presentia domini Petri Pallatini, Ioannis Golambek, Nicolai de Polaszewo, Nicolai de Grzanda, Bistram de Lopiennik, Andrea Malechowski. Nos Petrus Odrowansch de Sprowa Pallatinus et Capitaneus terre Russie generalis significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo causa coram nobis vertente iudicialiter ex commissione speciali serenissimi principis et domini domini Wladislai Dei gratia Hungarie, Polonie, Croacie etc. Regis, nobis facta pro parte nobilis Nicolai Bieszkowski actoris pro et super villa et bonis Barthoschow ¹⁾ in districtu Leopoliensi sita et earum occasione, ut videlicet nobili Petro de Barthoschow mandaremus producere iura et munimenta super totam villam Barthoschow, si qua obtineret, alias si ipsa non haberet sibi Nicolao Byeszkowski bona in eadem daremus intromissionem; tandem diversis terminis inter ipsos ventilantibus terminum super festum Circumcisionis Domini proxime lapsum partibus prefiximus saltem, si negotiis aliquibus arduis non fuisset occupati, alias in duabus septimanis post predictum tempus Circumcisionis Domini. Qui Petrus de Barthoschow in huiusmodi terminis comparens et signanter ipso die Circumcisionis et ultimatim die hodierna instanter accusavit contumaciam prefati Nicolai Bieszkowski iura huiusmodi sua bona super eadem Barthoschow producendo. Quibus inspectis et perlectis ipsisque visis sufficientibus, actore non comparente in huiusmodi termino, nec per se nec per ipsius aliquem procuratorem legitimum, ad instantem contumacie sui adversarii petitionem ex superabundanti et accusationem, ministeriali ipsum prima, secunda, tertia et quarta ultra iuris formam vicibus proclamante, super quo memoriale posuit et nos ipsum circa eadem bona Barthoschow remansimus perpetuis temporibus imponentes sibi Nicolao Bieszkowski de eisdem bonis silentium perpetuum perpetue et in evum.

Według wypisu wystawionego na niższym zamku we Lwowie w dniu 14. lipca 1568 r. przez Adama Siemuszowskiego z Siemuszowy i na Mięcicach zastępcę starosty lwowskiego w obecności Baltazara Orzgi podstarościego, Stanisława Orzegałki sędziego grodzkich lwowskich, Malchera i Kaspra Paniowskich z Paniowa, Łukasza Tarnawskiego, Franciszka Białkowskiego i Alberta Świerczowskiego. Pergaminowy ten wyciąg miał na pasku pergaminowym pieczęć, której dzisiaj już niema. Wystawiony zaś został na żądanie Mikołaja Nahujowskiego ówczesnego właściciela Bartoszowa.

¹⁾ Bartatów z Wólką Stawczańską wieś w starostwie grodeckim k. Lwowa.

XLVII.

W Koszycach 30. Listopada 1444 r.

Jan Giskra wraz z panami i miastami trzymającymi stronę Władysława Pogrobowca zawiera pokój z Zbigniewem Oleśnickim i innymi wikaryuszami Polski.

Nos Iohannes Gyskra de Brandis serenissimi principis ac domini domini Ladislai Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Regis domini nostri graciosi naturalis Capitaneus generalis comesque de Saros etc., item reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Dyonisius sacrosancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis, Archiepiscopus Strigoniensis, magnifici Thomas de Zeecz comes Comariensis¹⁾, Iohannes maior de Peren Magister tavernicorum Regalium, Georgius de Posingen ceterique prelati, barones, nobiles et proceres, item civitates Cassa, Lewcza, Bartffa, Epperries²⁾, Kezmarkt, item castra et fortalicia Saros, Reychnaw, Borisowicz³⁾, Gilnicz, Smolnicz, Iassow, Rozenaw, Nagyda, Lyppolecz, Tockay, Secz, Tarkw, Kapy, Makowicza, Dunawicz, Nowum Castrum, Palocza⁴⁾, item Posonium et civitates montane Crempnicia, Nowum Zolium, Antiquum Zolium, Schebnicz, Mons Regis, Thoplczaw, Korpona cum ceteris montanis, item castra Lyppecz, Wiglesch, Saxenstein, Rewisseze⁵⁾, castra prope fluvium Wagh Trenczyna, Sucz, Wrssatecz, Lednicz, Bistrzicz, Cossatecz cum omnibus aliis castris, fortaliciis et civitatibus, predicti domini Ladislai Regis partem tenentes et foventes⁶⁾ tam spirituales quam seculares memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod⁷⁾ nos benigno animo affectuque pietate inclitorum Regnorum tam Hungarie quam Polonie in muneris⁸⁾ calamitatibus heu nimium fere iam ultra quatuor annis retrolapsis de die in diem marcesci (*sic*) et desolati procurare exoptantes, prout diligencius exquirere cogitamus, ut hic labor noster ad oppressorum relevamen tam sincero suscipiatur animo quam integra mente depromptus est, cumque vigilantissimo mentis intuitu pestem hanc habidissimam gwerrarum et bellorum iustissimo merore acerbissimoque dolore vehementer et diucius angemur et affligemur, ita ut ferventissima caritate permoti sumus bellorum et gwerrarum sedare disturbia, turbaciones, strages et cedes hominum innumeras, que dampnose in magnum gravamen prefatorum Regnorum usque huc viguerunt, penitus amputare, ut exinde tranquilla unio et laudabilis pax sequi firmarive posset et stabiliri, cum reverendissimo in Christo patre et⁹⁾ domino domino Sbygneo Dei gracia Episcopo Cracouiensi necnon magnificis et generosis dominis Iohanne Czysow Castellano et Capitaneo, cum alio Iohanne Tanczyn Palatino Cracowiensibus¹⁰⁾ et Iohanne Glowacz de Olessnycza, Przedborio de

*

Koneczpole Castellano Sondomyriensi¹¹⁾ et Czyslaw de Cyro ac Swantky Castellano Lublyensi¹²⁾, cum cunctis prelatiis, baronibus, nobilibus, capitaneis, adherentibus, gentibus, familiaribus et subditis in toto Regno Polonie existentibus et commorantibus cuiuscunque condicionis, nacionis existant, infrascriptas Christianissimas treugas et veros terminos pacis cum prescriptis dominis vicariis prefati Regni Polonie, cum omnibus castris, fortaliciis, civitatibus, opidis et villis, possessionibus quibuscunque nominibus censeantur in sepedicto Regno Polonie et sub eorum regimine ubilibet constitutis in nomine Domini confecimus, inimus, statuimus et firmamus per presentes pari passu et forma, quemadmodum inter excellentissimum principem et dominum dominum Fredericum Romanorum etc. Regem parte ex una et serenissimum principem et dominum dominum Wladislaum Polonie¹³⁾ etc. Regem ex altera partibus sunt confecte et processe facimus inter nos partes predictas hinc inde a die date presencium usque ad duorum annorum immediate se sequencium decursum et donec prefate treuge per dominum nostrum Regem Romanorum ordinate procedunt duraturas in certo et perfecto robore absque irritacione aliqua et violacione sub punctis, condicionibus, clausulis et capitulis infrascriptis. Item primo quod huiusmodi treugis durantibus et stantibus omnia homagia ex regno Hungarie et terra Scepusiensi atque castrorum seu civitatum partem dicti domini Ladislai Regis fovencium et sue Maiestati fideliter adherentium conquesita dominis eorum restitui et relaxari debeant, et pari passu homagia quecunque in Regno Polonie ex castris et civitatibus compulsa similiter remitti debeant et relaxari et prorsus absolvi. Item ut homagia que per nos et nostros capitaneos ubique existentes de tenentis et pertinenciis castri Lyblow et Podolyn aut in Regno Polonie ubique acquisita in nostram potestatem et subdicionem compulsemus aut compulissent et coartassent penitus et in toto usque ad prescriptum spacium duorum annorum indulsimus et relaxata commisimus, salvis tamen disposicionibus trewgalibus in omnibus clausulis, punctis et articulis, prout ante ea litere nostre in se efficacius et lucidius demonstrant, cum egregiis et nobilibus viris Nicolao, Petro et Martino de Comorow conclusis et unitis. Item quod omnes gwerre, depredaciones, spolia, combustiones, hominum captivaciones et quecunque mala cessent per partem utramque durantibus treugis predictis, ut licitum erit hominibus nostris hincinde terras et Regna prefata tam mercatoribus quam aliis, cuiuscunque status, condicionis aut eminencie existant, cum eorum rebus et bonis, mercanciis et quibusvis aliis negociacionibus ire, transire, stare, morare. redire et eorum negocia libere, secure et absque omni impedimento exercere iuxta consuetudinem a diu firmatam per tenutas, loca, civitates, opida et villas stratas solitas et consuetas, salvis eorum rebus et personis universis. Item quod neutra partium in alterius partis preiudicium castrum, civitatem seu fortalicium de novo facere aut erigere infra tempus treugarum non possit nec debeat quovis modo. Item quod nulla partium faciat seu procuret infra dictum¹⁴⁾ tempus treugarum clam, furtim vel

potenter civitatem, castrum aut fortalicium alterius partis quovis quesito colore expugnare et optinere vel per tradimentum ad manus suas recipere, seu usurpare, et si quomodo ad manus alicuius partis, quod absit, tradi contigerit, extunc pars illa parti alteri a qua tale fortalicium fraudulentè est receptum sine omni offensa et lesione restitui teneatur. Item si per aliquem subditum, indigenam vel advenam alicuius nostrum casu vel eventu in treugis predictis fuerit in aliquo derogatum vel contrawentum, utpote quod rapine, spolia, incendia, vastaciones, prede vel homicidia aut aliqua malificiorum genera in terris et dominiis nostris alterutrum¹⁵⁾ fuerint perpetrata et commissa, quod treuge predictæ propterea irritari et cassari non debent, sed in suo robore¹⁶⁾ et firmitate nichilominus permanebunt, predicti autem delinquentes et malefactores pro eorum excessibus iudicio et arbitrio personarum fidedignorum ex parte utraque electorum loco deputato punientur, prout moris est et consuetudo iuris in se exposcit. Item huiusmodi treuge (*sic*) durante nulla thelonia, tricesime, dacie, gaballe de novo tempore gwerrarum instituta seu erecta contra antiquam consuetudinem iustam et laudabilem solvi et exigi debeant, nisi in locis bona consuetudine et more ab antiquo solitis persolvantur absque omni contradiccione, condicione tali, ut curriferi et vectores absque aliquali fallo gradientur¹⁷⁾ nisi in viis solitis et adhec rectis semper iuxta ritum. Item quod neutra parcium alterius adversarios, inimicos, raptores, insidiatores, malefactores et perturbatores in suis civitatibus, fortalicis, castris aut villis poterit tenere aut fovere, sed eos tenebitur, durante treuga, persequi et ex eorum dominiis, castris, civitatibus atque villis eicere, expellere atque baniare nec eciam poterit aut debebit spolia, predas aut quascunque res mobiles, quibuscunque vocentur nominibus, in alterius partis domynio et sub quocunque colore recepta tenere, conservare sine dolo et fraude sub fide et honore. Item volumus et decrevimus atque statuimus, ut sufferenciis pacis predictis stantibus nobiles, mercatores, cives, opidiani et subditi partis unius non potuerint neque debebunt racione debitorum, obligacionum, iniuriarum aut offensorum ante gwerram presentem quomodolibet contractorum aut factorum aut ad solucionem iure vel iniuria aut oppressione aut violencia compelli, licebit tamen cuilibet homini debitum suum, offensum, obligacionem vel iniuriam repetere et pro ea agere in iudicio et iure, cui reus subiacet et in quo consistit. Statuimus, firmamus atque decrevimus, ut treuge (*sic*) pacis stantibus omnes captivi utriusque partis quomodocunque capti relaxentur et relaxari debeantur habebuntque terminum usque ad decursum duorum annorum. Et si interim predicta treuga stante ab¹⁸⁾ huiusmodi captivitate partes (*sic*), cui captivitatem promiserunt, plene de captivitate missi non fuerint, extunc tenebuntur¹⁹⁾ ipsi captivi viceversa annis duobus elapsis ad captivitatem statim (*se prese*)ntare²⁰⁾. Item reservamus nobis plenam et omnimodam potestatem treugas huiusmodi taliter et sub hiis condicionibus firmatas reiciendi, frangendi et ab eis eorumque firmitate recedendi, quandocunque nostre placuerit voluntati,

hoc specialiter addito, quod postquam nobis collibuerit huiusmodi treugas non tenere, tenebimur voluntatem nostram per literas aut nuncios prefato domino Sbygneo Episcopo Cracowiensi aut suo Capitaneo Podolynensi denuncciare²¹⁾; post quam quidem denuncciationem usque ad decursum integrarum sex ebdomadatum trewge presentes in suo robore nichilominus debent inuolabiliter per partem utramque observari. In cuius rei testimonium, maioris²²⁾ evidencie et caucionis signum nos Iohannes Gyskra prefatus sigillum nostrum unacum magnificorum, egregiorum, nobilium, famosorum puta domini Iohannis de Peren Magistri thavernicorum Regalium Iudicisque, Iuratorum necnon tocius communitatis civitatis Cassa, Nicolai Brezal de Dobra Capitanei civitatis Kesmarkt²³⁾, Iohannis Nigri de Donowicz, Petri de Tarkw, Michaelis de Dormay Capitanei castris Makowicza sigillis premissa rate et firme observanda presentibus iussimus subappendi. Datum et actum in civitate Cassa ipso die beati Andree apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Oryginał pergaminowy w archiwum nowosądeckim nr. 50. Na paskach perg. wisiało siedm pieczęci, z których jedna wraz z paskiem odpadła, po 4 innych pozostały tylko paski perg, dwie tylko zachowały się. Pierwsza z nich na zwyczajnym wosku wyciśnięta przedstawia koło od wozu wśród arabesków, w otoku napis: S. NICOLAI A, reszta zniszczona. Druga także na zwyczajnym wosku wyciśnięta z tarczą w środku z wyobrażeniem jakiegoś zwierzęcia tak zatartego, że tylko nogi widoczne; w otoku napis: S. IOHANNIS DE WIC, reszta zniszczona. Dokument ten był już poprzednio dwa razy drukowany po pierwszy raz u *Dudika Archive im Königreiche Galicien und Lodomerien (Archiv für österr. Gesch.* tom 39. str. 196 — 200), po drugi raz w *Codex epistolaris saeculi decimi quinti*, część II. str. 1 — 4. Podajemy go tutaj po trzeci raz z powodu niektórych niedokładności powyższych oddruków (ważniejsze z *Cod. epist.* podaliśmy w notach), jako i braku wszelkich objaśnień przy nich.

¹⁾ *Comoeriensis* w *Cod. epist.* ²⁾ *Epperies* w *Cod. ep.* ³⁾ *Brisowicz* w *Cod. ep.* ⁴⁾ *Nowiny, Castrum Palocza* w *Cod. ep.* ⁵⁾ *Rewisicze* w *Cod. ep.* ⁶⁾ *tenentibus et fiventibus* w *Cod. ep.* ⁷⁾ *quomodo* w *Cod. ep.* ⁸⁾ *in muneris* tak rzeczywiście a nie *innumeris* jak w *Cod. epist.* ⁹⁾ nie ma et w *Cod. ep.* ¹⁰⁾ *Cracowiensi* w *Cod. ep.* ¹¹⁾ Tak a nie *Sandomiriensi* jak w *Cod. epist.* ¹²⁾ Tak a nie *Lublynensi* jak w *Cod. epist.* — *Czyslaw de Cyro ac Swantky* ma to być *Creslaus de Curozwanki*, który był wtedy kasztelanem lubelskim. ¹³⁾ *Polonie* nie ma. ¹⁴⁾ *predictum*. ¹⁵⁾ *alterutrorum* ¹⁶⁾ *vno robere*. ¹⁷⁾ *gredientur*. ¹⁸⁾ nie ma. ¹⁹⁾ *tenebunt*. ²⁰⁾ zamiast *ad captivitatem statim (se prese)ntare* stoi w *Cod. epist.* tylko *statim*. ²¹⁾ *nuncciare*. ²²⁾ *maiorisque*. ²³⁾ *Kesmarkt*.

Objaśnienie miejscowości w powyższym dokumencie wymienionych:

Cassa = Koszyce (Kaschau, po węg. Kassa), w dorzeczu Hornadu, dopływie Słony (Sajo), pobocznej rzeki Cisy; w komitacie Abauj.

Leweza = Lewocza (Leutschau, Lötse) w dorzeczu Hornadu, komitacie spiskim.

Bartffa = Bardyjów (Bartfeld, Bartfa) nad Toplą dopływem Bodrogu, pobocznej rzeki Słony, w komitacie Sáros.

- Epperries = Preszow w dorzeczu Hornadu na północny-wschód Kezmarku, w komitacie Sáros.
 Kezmarkt = Kezmark nad Popradem, poboczną rzeką Dunajca, w komitacie spiskim.
 Saros w komitacie tegoż imienia, na półn.-zachód Preszowa.
 Reychnaw = Rychnawa (Reichnau, Riechnyó) w komitacie spiskim.
 Borisowicz, Borissohégy (góry) leżą w komitacie liptawskim.
 Gilnicz = Hnilec (Gielnica, Göllnicz, Gillnich - Banya) nad rzeką Hnilecz, w komit. spiskim.
 Smolnicz = Smolenica, Smolenice, Smolnik (Schmöllnitz, Szomolnok) w dorzeczu Hornadu, w komit. spiskim.
 Jassow = Jászó (Joss, Jossau) w dolinie Bodwy, koło Koszyc, w komitacie Abauj.
 Rozenaw = Roznawa (Rosenau, Rosnyó) nad górną Słoną, w komit. Gömör.
 Nagyda, może Nagybanya (Asszonypatak, Frauenbach) w komitacie szatmarskim.
 Lyppolecz = Lipowec w komit. Gömör (i Ungvar.)
 Tockay = Tokaj w komit. Zemplin (i Borsod).
 Secz = Szécs w komit. Nitry.
 Tarkw = Tarkany w komit. Zemplin (Borsod).
 Kapy = Kapi w komit. Sáros.
 Makowicza, nie umiem oznaczyć.
 Dunawicz = Dunajecz w komit. spiskim (Var).
 Nowum Castrum = Nowe Zamki (Neuhäusel, Ersek-Ujvár) nad Nitrą, wpadającą do Wagi, w komit. Nitry.
 Palocza = Palocsa w komit. Sáros.
 Posonium = Brzetysława (Presburg) na węgiersko-austriackiej granicy.
 Crempnicia = Kremnica (Kremnitz, Körmöczbanya) w dorzeczu Hronu (Granu), dopływu Dunaju, w komit. Bars.
 Nowum Zolium = Bystrzyca bańska (Neusohl, Besztercebanya) nad ujściem Bystrzycy do Hronu, w komitacie solskim (Zoliensis).
 Antiquum Zolium = Zwoleń (Altsohl, Zolyom) w komitacie solskim.
 Schebnicz = Szczawnica bańska (Schemnitz, Selmezbanya) w komitacie Hont.
 Mons Regis = Uj - Banya (Königsberg) w środku komitatu Bars.
 Thopleczaw, nie umiem oznaczyć.
 Korpona = Krupina (Karpfen) na południowy-wschód od biegu Hronu, w komit. solskim.
 Lyppecz, może Nemecka Lupca (Német Lipcse) w komit liptawskim.
 Wiglesch = Viglesvara w komitacie solskim.
 Saxenstein = Szászko w komit. Bars.
 Rewisseze, może Rewucze (Nagy Rötze, Rauschenbach) nad Jólswą w komit. Gömör albo Rewysne (Revisnye) w komitacie Arva, albo też Revistye w komit. Bars.
 Sucz, Wrssatecz, nie umiem oznaczyć.
 Lednicz = Lednicz w komitacie trenczyńskim.
 Bistrzicz = Bisztricza w komitacie trenczyńskim.
 Cossatecz = Kossarocz w komitacie Zemplin.
 Lyblow = Lubomla (Lublau) w komitacie spiskim.
 Podolyn = Podoliniec (Pudlein) w komitacie spiskim.

XLVIII.

W Krakowie 26. Czerwca 1448 r.

Kazimierz Jagiellończyk rozkazuje urzędnikom i poborcom ceł i myt na Rusi, by od mieszczan sądeckich żadnych opłat skarbowi królewskiemu przynależnych nie pobierali.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie ac magnus dux Lithwanie Russieque etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo iuribus et munimentis providorum nostrorum Sandeczensium civium intuitis et conspectis, quibus ipsi a predecessoribus nostris et a serenissimo genitore nostro carissimo olim Regibus Polonie super libertate theolonei per universum nostram Regnum Polonie prefatum racione ipsorum dignorum et iustorum meritorum sunt soluti et exempti nos insuper eorum, ut dicitur, civium actus sinceritatis animperpendentes (*sic*), quos olim Regibus Polonie, antecessoribus nostris, ut dicitur, patrarunt et et (*sic*) exhibuere, ipsos deinceps parimodo a quavis theolonei solucione, quantum pro nostra Maiestate spectat et pertinet, absolvimus et liberamus. Quocirca vobis omnibus et singulis, capitaneis, woevodis, burgrabiis, tenutariis, procuratoribus, viceprocuratoribus, magistris civium, consulibus, advocatis, viceadvocatis, civibus, theolonatoribus, poncium, navigiorum, passuum locorumve custodibus et eorum vicesgerentibus committimus et mandamus omnino habere volentes, quatenus dum et quociens ipsos cives prenominatos per terras Russie, ut puta Leopoli, Przemisl et ubique locorum cum eorum mercanciis cuiuscumque generis vel speciei existant ac curribus oneratis ire contingat et proficisci, nullam in eos et quempyam eorum pretextu theolonei aut pedagii solucionem quantum, ut dicitur, ad nostram pertinet personam exigere aut levare debeatis, quinymmo ipsos circa libertates super huiusmodi non solucione theolonei ipsis sic, ut premittitur, concessas conservantes, secus pro gracia nostra facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum Cracovie feria quarta post festum sancti Iohannis Baptiste annorum a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Ad relacionem magnifici Petri de Sczekoczini
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 51. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym odpadła.

XLIX.

W Krakowie 27. Czerwca 1448 r.

Kazimierz Jagiellończyk rozkazuje urzędnikom, aby od mieszczan sądeckich nie pobierali żadnych opłat na rzecz skarbu królewskiego.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie etc. ac magnus dux Lithwanie Russieque etc. universis et singulis, palatinis, castellanis, capitaneis, vicecapitaneis, burgrabiis, tenentariis, procuratoribus, viceprocuratoribus, magistris civium, consulibus, advocatis, viceadvocatis, thelonariis, poncium, naulorum (*sic*), passuum locorumve custodibus et eorum vicesgerentibus presentibusque requirendis, sincere ac fidelibus nostris dilectis, gratiam Regiam cum favore. Magnifici, generosi, strennui, nobiles, sincere circumspectique fideles nostri dilecti! Quia nuper ex iuribus et munimentis nostrorum providorum Sandecensium civium coram nobis oblatis atque productis cognovimus ipsos a predecessoribus nostris olim Regni Polonie Regibus a solutione theolonei propter dignos actus sinceritatis esse absolutos et ob hoc nos ipsorum civium iura et privilegia sic, ut premittitur, super non solutione theolonei ab antecessoribus nostris Regibus Polonie (*et nobis im*)petrata pro rato quoque grato habentes ipsos equomodo a dicta quavis nostri thelonei solutione per un(*iversum nostrum*) Polonie Regnum absolvimus et liberamus. Quocirca vobis omnibus, dignitariis et officialibus premissis (*per*) Regnum Polonie nostrum ubilibet constitutis, committimus et precipimus omnino habere volentes, quatenus, dum et quando(*cumque*) cives antefatos cum quibuscumque eorum mercanciis cuiuscumque generis vel speciei fuerint per totum Regnum nostrum gracia negociandi ire et transire contingat, in eis nullam racione theolonei aut pedagii solutionem, quantum pro nostra persona concernit, exigere et tollere presumatis; secus pro gracia nostra facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria quinta post festum sancti Iohannis Baptiste anno Domini millesimo quadringentesimo xl octavo.

Ad relacionem magnifici Petri de Szekoczini
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 52. z dość znaczną dziurą. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym odpadła.

L.

W Krakowie 1. Lipca 1448 r.

Kazimierz Jagiellończyk zakazując urzędnikom sądzić mieszczan Nowego Sącza poleca odsyłać strony do sądu miejskiego.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie ac magnus dux Lithwaniæ Russieque etc. universis et singulis, palatinis, castellanis, capitaneis, iudicibus, subiudicibus, vicecapitaneis, burgrabiis, tenentariis, procuratoribus, viceprocuratoribus, magistris civium, consulis, advocatis tam cuiusquunque iuris suppremi quam aliorum particularium iudiciorum ac viceadvocatis ceterisque officialibus nostris per Regnum nostrum Polonie ubilibet constitutis et eorum locumtenentibus sincere nostris ac fidelibus dilectis gratiam Regiam et favorem. Magnifici, generosi, strenui, nobiles, sincere nobis et circumspecti fideles, dilecti! Venientibus ad nostram nostrorumque prelatorum et baronum protunc corrogatorum presenciam providis nostris Sandecensibus civibus nobis exposuere in querela, qualiter per nonnullas personas extra ius ipsorum ad alia iudicia evocantur et citantur. Cum tamen ipsi per illum serenissimum dominum Wladislaum colende memorie Polonie Regem, genitorem nostrum carissimum, iuribus sunt prosequuti, quod nullibi nisi in eorum civili iure pro omnibus causis, sive magnis sive parvis cuiquam debent respondere, prout hoc ipsum ex eorum munimentis et litteris coram nobis productis clare cognovimus; et pro tanto vobis omnibus premissis et cuilibet vestrum mandamus, omnino habere volentes, quatenus, dum aliquis ipsorum predictorum Sandecensium civium ad presencias vestras evocatus fuerit et cittatus, eum nulla presumatis iudicare racione, sed ipsum ad ius eorum civile remittatis et remitti faciatis. Gracie nostre sub obtentu. Datum Cracouie feria secunda in vigilia visitacionis alme virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Ad relacionem magnifici Petri de Szekoczini
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 53. Z pieczęci na czerwonym wosku wyciśniętej na oryginale pozostały resztki.

LI.

W Krakowie 4. Marca 1450 r.

Kazimierz Jagiellończyk przykazuje rajcom sandomirskim, by szanowali przywileje mieszczan sądeckich, dotyczące wolności opłaty od przewozu towarów.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie,
magnus dux Lyttwanie, Russie etc.

Universis et singulis, pallatinis, castellanis, capitaneis, procuratoribus, burgrabiis, consulibus civitatum et opidorum per et infra Regnum nostrum Polonie ubilibet constitutis et presertim consulibus civitatis nostre Sandomiriensis sincere et fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram et favorem. Magnifici, generosi, nobiles et famosi, nobis grate dilecti! Agentibus nobis hic in loco date presencium cum prelatis et baronibus Regni nostri, applicuerunt ad nostre Celsitudinis presenciam famosi consules civitatis nostre Sandecz deposuereque in querelis, quomodo per vestras Sinceritates et presertim cives aut consules nostros Sandomirienses, dum cum rebus sive mercibus ipsorum versus Russiam et alias proficiscuntur viis rectis, extunc indirectis et insolitis viis transire contra iura et munimenta ipsorum plerumque compelluntur; et nedum huius modi afficiuntur iniuria et gravamen, verum ecciam in preiudicium et lesionem dictorum iurium ipsorum daciones et soluciones pontalium ab eisdem ut sepe exiguntur, super quorum absolutione et libertate sollempnia et sufficiencia iura et munimenta domini Kazimiri olim Polonie Regis coram nobis et nostris consiliariis produxerunt. Nos igitur revisis auditisque et diligenter practicatis huiusmodi ipsorum iuribus cognitaque ipsorum pertinenti sufficiencia, nostrorum prelatorum et baronum non absente consilio, vobis omnibus universaliter et cuilibet vestris singulariter signanter tamen et per expressum consulibus civitatis nostre Sandomiriensis stricte precipimus et mandamus, quatenus cives nostros predictos de Sandecz versus partes Russie et alias cum rebus et mercibus transeuntes viis rectis, quas meliores [et utiliores sibi elegerint, iuxta continencias iurium ipsorum absquovis impedimento, perturbacione ei aresto ac quorumcumque theoloneorum seu pontalium solutione progredi, transire et proficisci libere permittatis et permitti faciatis nec ab eis deinceps theolonea seu pontalia quoquomodo exigere audeatis, ymmoverius eisdem iura et libertates eorum illesa conservetis et inconcussa; pro gracia nostra secus non facturi. Datum Cracovie feria

quarta post dominicam Reminiscere anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, sigillo nostro presentibus subimpresso.

Relatio magnifici Iohannis de Conieczpole
Regni Polonie Cancellarii etc.

Oryginał pergaminowy cokolwiek uszkodzony w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 54. Po pieczęci wyciśniętej na oryginale na czerwonym wosku pozostały tylko drobne szczątki.

LII.

W Czchowie 22. Grudnia 1450 r.

Jan Rokosz z Koszycz sędzia i Mikołaj z Czarnocina podsędek ziemscy krakowscy stwierdzają, że w aktach sądowych znajduje się pod dniem 22. Grudnia r. 1450 zeznanie Stanisława z Krakoszowic, mocą którego sprzedał swe wsie Wielką i Małą Zielesznykową za 500 grzywien Pawłowi murarzowi mieszczaninowi sądeckiemu.

Nos Iohannes Rokosch de Coszycze Iudex et Nicolaus de Czarnoczin Subiudex terre Cracowiensis generales notum facimus, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod viventibus ad huc in humanis strennuo Barthosio de Gory Iudice et Petro de Czzykowycze Subiudice terre predictae generalibus coram certis camerariis iudicialibus ipsorum iudicio terrestri Cracowiensi constitutus personaliter generosus Stanislaus heres de Cracoschowicze, sanus mente et corpore existens non compulsus nec coactus sed de ipsius bona voluntate recognovit, quomodo hereditates ipsius dictas Magna Zyelesznykowa ¹⁾ et Parwa Zyelesznykowa iacentes in districtu Sandeczensi cum pleno iure et toto dominio, utilitatibus, censibus, incolis, domibus, molendinis, thabernis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, gaiis, rubetis, sereptis, aquis, fluviis, piscinis, stamgnis (*sic*) et paludibus et quibusvis attinenciis, pertinenciis et coherenciis ad predictas hereditates spectantibus, prout in se longe lateque continentur, et cum seminibus yemmalibus, prout solus tenuit, nichil in ipsis hereditatibus pro se iuris, proprietatis sive utilitatis reservando, provido Paulo muratori et civi Sandeciensi pro quingentis marcis peccunie communis monete Cracowiensis in totum vendidit sibi et ipsius successoribus legitimis plene et perpetue resignavit tenendas, habendas, levandas etc., promittens occasione vendicionis predictarum hereditatum ipsum Paulum ab omnibus impedimentis atque dampnis et a qualibet persona tueri et relevare iuxta

ius terrestre. In cuius rei testimonium presentem literam taliter, prout in libris supradictorum dominorum Barthosii Iudicis et Petri Subiudicis contineri invenimus, scribi et nostrorum sigillorum appensione fecimus comuniri. Actum et datum in Czychow feria feria proxima post festum sancti Thome apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, presentibus hiis nobilibus Gedka de Bobowa, Iacobo de Staschkowka, Alberto de Ieszow, Stanislao de Slona, Spythkone de Wyanschycze et Iohanne Laquva de Nyesznamirowycze aliisque quam pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 55. Pieczęci wraz z paskami pergaminowymi odpadły. Na odwrotnej stronie: *Productum coram dominis lustratoribus anno 1617.*

¹⁾ Żeleźnikowa w starostwie nowosądeckim.

LIII.

W Nowym Sączu 28. Sierpnia 1451 r.

Wójt i ławnicy nowosądecy poświadczają, że Otto, któremu gmina wzbra-
niała wydalenie się z miasta dla szkód poniesionych z powodu sporu jego
z Mikołajem Niemcem z Libentalu, oświadczył, że nie opuści nigdy miasta a na
parczowskim sejmie będzie działać na jego korzyść.

Universis et singulis scripta presenciam conspecturis advocatus ac scabini civitatis Noue Sandecz amicabilem complacenciam et favorem. Vestris cupimus fore notum universitatibus, veritatis testimonium perhibentes, quomodo in pleni consulatus nostre civitatis conspectu ac in nostri presenciam, ubi eciam mercatores, rectores ac magistri mechanicorum cum senioribus totaque communitate urbis prefate in pretorio affuere, personaliter constitutus Solers Otto eodem tempore et anno officio cum ceteris suis confratribus presidens consulari, dum causa eius, quam habet cum Nicolao Nyemecz de Libental pro litera olim Derskonis Bohemi ipsi ad manus fideles data ad conservandum, quemadmodum ipse Otto solers cunctis audientibus tunc fatebatur, per nos universos tractaretur, pro qua causa et litera idem Nyemecz nobis et nostre civitati pluribus premissis literis monitivis tandem diffidavit propter Ottonem et tota communitas urbis pavescens sibi futura mala imminere, eidem Ottoni in Parczow ad instantem protunc convencionem gressum prohibebat, ipse Otto sponte, bene deli-

beratus, sane perfruens racione, non coactus sed libere se submisit summis commissis astringendo, quod tanquam homo probus in Parczow proficisci vellet, commodum et profectum querere et intendere civitatis, sicuti eius officium deposceret consulare, et quod cunctis nobis assistere vellet et astare corpore omnibusque suis bonis et civitatem nostram nullo modo relinquere, quinimo eam et eius incolas ex parte Nyemecz intercedere in hac causa sub fide et honore ac omnium bonorum suorum amissione¹⁾. Actum et datum Sabato post festum sancti Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo sub sigillo nostro scabinali in robur solide firmitatis presentibus subappenso.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 56. Po pieczęci pozostał pasek pergaminowy.

¹⁾ Porównaj co do tej sprawy u Helcla, Starod. prawa polsk. pomn. tom II, nry. 3464 i 3471 i poniżej dokument nr. LIV.

LIV.

W Nowym Sączu 11. Października 1451 r.

Rajcy miasta Nowego Sącza poświadczają, że rajca Otto zobowiązał się z okazji szkód jakie miasto z powodu sporu jego z Mikołajem Niemcem poniosło bronić sprawy miasta na sejmie, czego jednak nie dotrzymał.

Nos . . consules civitatis Noue Sandecz universis, quibus expedit presentibus et futuris, nomine iuramentorum nostrorum veridice declaramus, quia nobis in pleno consulatu residentibus presentibusque scabinis, civibus omnibus et senioribus artificiorum omnium ac universa communitate coram nobis in pretorio famosus Otto civis nostre civitatis et protunc confrater noster constitutus sospes mente et corpore, bene deliberatus, maturo consilio et libero animo fruens compromisit sub fide et honore ac omnium bonorum suorum perdicione civitatem nostram in nullo unquam casu velle deserere, sed ei et omnibus eius civibus et incolis astare corpore et omnibus suis bonis una cum tota sua genologia (*sic*), nam in ea suam disposuisset fieri sepulturam eamque intercedere sponndit ex parte cause inter predictum Ottonem et Nicolaum Nyemecz de Libental vertentis, pro quadam littera quondam Derskonis Bohemi Ottoni ad conservandum fideliter imposita, quam Nyemecz variis litteris ab eo reposcebat, nobisquoque scripsit Ottonem ad id inducendum, quod et fecimus sepius Nyemecz

consone rescribendo. Et hanc litteram Otto reddere recusavit, pro qua Nyemecz cum suis complicibus urbi diffidavit eam graviter dampnificando, quod notum est et manifestum. Et cum Otto in Parczow ad generale colloquium pergere intendebat, tota communitas eum vetuit, qui arduissime compromisit se astringendo dixitque palam, quod vellet ibi tamquam consul iuratus et fidelis bonum et proficuum urbis procurare et ordinare, prout hec omnia in libro nostre civitatis sunt notata; quod tamen in Ottone minime est compertum. Ipse nanque (*sic*) de Parczow rediens litteras attulit Regias eius privato comodo utiles et non civitati, videlicet ne molestaretur aut quovismodo gravaretur¹⁾. Datum in Noua Sandecz feria secunda post festum almi Francisci proxima anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo maiori sigillo nostre civitatis in evidentiam premissorum presentibus subappenso.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 57. Po pieczęci pozostał pasek pergaminowy.

¹⁾ Porównaj nr. LIII.

LV.

W Przemyślu 29. Sierpnia 1452 r.

Henryk z Orzeka sędzia i Waszko z Rybotyc podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, że Piotr z Woszczeniec sprzedał wieś tę za 400 grzywien Alexandrowi z Prochnik.

Nos Henricus de Orzek Iudex et Vasko de Ribothycze Subiudex terrestres Premislienses generales, significamus tenore presencium, quibus expedit universis et singulis tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum nobiscum protunc iudicio terrestri residencium veniens personaliter generosus Petrus heres legitimus de Vosczencze non compulsus, nec coactus neque aliquo erroris devio circumventus, mente pariter et corpore sanus existens ac maturus, consilio suorum amicorum fretus, coramque eodem iudicio libere recognovit, quia villam suam propriam et hereditarie ex paterna successione possessam in terra Russie et districtu Premisliensi sitam Vosczencze¹⁾ vulgariter sic nuncupatam cum omnibus iuribus, literis et munimentis, dominiis et proprietatibus, utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, mellificiis, virgultis, quercetis, rubetis, venacionibus, aucupacionibus, rivis, torrentibus, fluviis, stagnis, paludibus, lacubus, aquis et earum decursibus, piscinis

SEMINARIUM
HISTORII GOSPODARSTWA SPOLNEGO
I GEOGRAFIJI I HISTORIOGRAFII
UNIVERSYTETU WARSZAWSKIEGO

ipsarumque demissionibus, molendinis et eorum emolimentis, tabernis, viis, stratis, semitis ac obvēncionibus generaliter universis, quocunque nomine et vocabulo censeantur, nec non cum omnibus appendiis et coherenciis ad dictam villam Voszence ex antiquo quomodolibet spectantibus, prout in suis metis et graniciebus longe, late et circumferencialiter dicta villa est distincta et limitata, nichil iuris, domini et proprietatis pro se et pro suis successoribus legitimis in eadem villa penitus reservando, sed cum totali ac plenario iure, prout solus tenuit, habuit et hereditarie possedit nobilii ac generoso Olechno seu Alexandro de Prochnyk Subdapifero Premisliensi et suis successoribus legitimis pro quatuor centis mercis communis pecunie numeri Polonicalis, in quamlibet mercam computando quadraginta octo grossos, perpetue ac irrevocabiler vendidit et vendendo ritte ac racionabiliter iusto vendicionis titulo eviterne resignavit et de ipsa villa condescendit. Et iam prefatus generosus Petrus ipsi generoso Olechno seu Alexandro per ministerialem iure additum intromissionem totalem, realem et effectualem dedit et assignavit tenendum, habendum, comuttandum, obligandum, vendendum, alienandum, dandum, utifruendum, temporibusque perpetuis pacifice et quiete possidendum ac in usus proprios ipsi et eius successoribus legitimis, prout ipsis melius videbitur expedire, convertendum. Insuper sepefatus generosus Petrus palam recognovit, quia ei prenominatus Olechno seu Alexander pro prefatis quatuor centis mercis satisfecit. Super que omnia prenominatus Olechno seu Alexander memoriale posuit, quod nos recepimus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum Premislie feria tertia proxima post festum sancti Bartholomei anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, presentibus ibidem generosis et nobilibus Iacincto de Bebel Dapifero ²⁾, Andrea Fredro de Pleszovycze, Iohanne de Harmanovycze, Francisko de Brachovycze, Nicolao de Clokovycze et aliis quam pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy własność JW. hr. J. Szeptyckiego z Przyłbic. Na paskach pergaminowych zawieszane były dwie pieczęci, z których tylko jedna pozostała, ale tak zatarta, że już znamion rozpoznać nie można. Oblatowany w sądzie grodzkim przemyskim dnia 26. listopada 1762 r. Na odwrotnej stronie napisy dwa: 1) Panowie Pruchniczezy pozywali P. Wysla de oprawe, którą uczynił mąż iey Nawoszczanczach, ta sprawa skonczyła sie A. D. 1603, była y na trybunale a dekretu Trybunalskiego iest oblata in Actis Castrens. Premisliens. in eodem anno ut supra. 2) Decretu o zalewek szukac w Tribunale Powiatowych xięgach z Mniszkim starostą samborskim, który stanął w r. 1593 albo nizi do r. 1609 albo do r. 1610. Szukac przez lat 17 albo y dwa dziescia w Tribunale, a to ze w Szeptycach staw zallał grunt szlachecki.

¹⁾ Woszczańce z Fitorami wieś w starostwie rudeckiem.

²⁾ Opuszczono: *Premisliensi*.

LVI.

W Lublinie 11. Czerwca 1453 r.

Kazimierz Jagiellończyk uwiadamia żyda Natka, lwowskiego poborcę ceł, że uwolnił Krzysztofa de Sancto Romulo od wszelkich ceł i poborów.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie
et magnus dux Lythwanie, Russie etc.

Iudeo Nathkoni, theolonatori nostro Leopoliensi, Regium favorem. Iudee noster! Quia attentis fidelibus serviciis nobilis Christofori de Sancto Romulo, que in conspectu Maiestatis nostre ipsum redderunt plurimum gratum et acceptum, sibi gratiam libertatis contulimus et dedimus tali condicione, ut per et infra Regnum nostrum theolonea aut alias exacciones quascunque ab eo seu factoribus eius, a rebus seu mercibus ipsius quibusvis nulla presumeres exigere racione aut recipere usque tempora vite sue. Mandamus igitur tibi omnino habere volentes, quatenus prefatum Christoforum circa huiusmodi libertatem literarum nostrarum conserves nec ab ipso thelonea seu exacciones quascunque tollere aut recipere presumas. Et aliud sub obtentu graciae nostre facere non ausurus. Datum in Lublin feria secunda post octawas Corporis Christi proxima anno Domini millesimo CCCC^o LIII^o.

Ad relacionem magnifici Petri de Sczikoczyni
Regni Polonie Vicecancellarii.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Liber Relationum* t. II str. 68 na roczkach: Acta sunt hec feria secunda post festum sancti Viti anno Domini millesimo CCCC^oLIII^o (15. Czerwca 1453).

LVII.

W Krakowie 22. Lipca 1453 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala wybudować miastu Sączowi most na Dunajcu i pobierać mostowe.

In nomine Domini Amen. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incocomodis (*sic*), dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotatione perhennamus, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum

Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuia uie, magnus dux Lithwanie Pomera-
 nieque dominus et heres Russie significamus tenore presencium, quibus expedit uni-
 versis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo attendentes,
 quod civitas nostra Sandecz in detrimentum defectumque declinare cognoscitur propter
 hoc, quod mercatores cum curribus mercium et aliarum quarumcumque mercancie
 seu negociacionis cuiuscumque rerum ad prefatam civitatem nostram venire seu per
 eandem transire cupientes tanta difficultate in fluvio Dunayecz dicto secus civitatem
 prefatam decurrenti impediuntur, ita propter frequentem prefati fluvii exundacionem
 fluctuosam prefatum fluvium pertransire non valentes, plurimi subsistere aliorumque
 et ad alia loca progressum divertere coguntur, nonnulli quoque prefatum fluvium perva-
 dare seu pertransire temptantes rerum suarum magna et dolenda incurrebant discrimina
 et iacturas fluvii prefati difficultatibus involuti, volentes itaque prefati fluvii pre-
 missam difficultatem et civitati nostre prefate et ad eandem venientibus gravem nimis
 et dispendiosam amovere ac per prefatum fluvium cunctis ad vel per prefatam civi-
 tatem nostram veniendi seu transiendi tutos salubresque prestare et procurare transitus
 et accessus publicam, ac prefate urbis nostre erga quam, quia metis Regni nostri
 proprior est, maiorem providencie nostre curam gerimus, utilitatem, comoditatem pre-
 tendentes auspicio Omnipotentis de nostre Maiestatis gracia de nostrorumque prelatorum
 ac baronum maturo ac salubri consilio super huiusmodi articuli necessitate rite habito
 et acticato prefate civitati nostre Sandecz totique ipsius civium comunitati nunc et ex
 post Deo annuente existenti et future in prefato fluvio Dunayecz pontem longum et
 latum, quantum aque exundantis prontensio (*sic*) utilitatisque comoditas swadebit et
 et (*sic*) exposcet ex opposito civitatis nostre prefate parare, figere et statuere dedimus,
 donavimus, contulimusque in perpetuum et in evum ipsum pontem erigendi et de
 facto erectum per prefatam civitatem ac ipsius consules et comunitatem universam
 pronunc et ex post existentem et futuram in eadem tenendum, habendum, regendum,
 custodiendum et quocienscumque opus erit reformandum ipsorum civium prefatorum
 propriis sumptibus et impensis. Sed quia prefate urbis nostre cives pro prefati pontis
 execucione et constitucione ac pro ipsius successiva et continua reformatione multam
 et sumptuosam ex ipsorum facultatibus proferre et tradere oportebit impensam, huius
 itaque rei, que eciam reipublice comoditati servire dinoscitur, dignam, iustam ac
 necessariam vicissitudinem repensionis providentes, de nostre Maiestatis gracia, de
 nostrorumque prelatorum ac baronum salubri ac maturo consilio prefate civitatis ipsius
 universe pronunc et ex post existenti et future comunitati prefate in prefato ponte per
 ipsos cives nostros, ut premissum est, erigendo et de facto erecto, pontalium sive
 pontalii exaccionem tali modo, quod quandocumque et quocienscumque aliquis in curru
 mercatorio, hoc est res quarumcumque mercanciarum ducente, per prefatum pontem
 proficiscetur seu equitabit, talis a quolibet equo huiusmodi currum mercatorium trahente

unum quadrantem totque quadrantibus, quot equos talem currum trahentes erunt, ratione veri et iusti pontalii prefate civitati nostre et ipsius comunitati pronunc et post future dare et solvere tenebitur et erit astrictus. Insuper quandocumque kmetho aliquis sive persona kmethonalis sexus utriusque cuiuscumque domini secularis sive spiritualis seu hereditatum vel villarum sive ille sint terrigenarum seu dignitariorum cuiuscumque status aut preeminencie fuerint sive eciam ecclesiastice sint seu spiritualium cuiuscumque status et emminencie, per prefatum pontem fori vel alicuius alterius necessitatis causa in curru equitabit, talis pro utraque via videlicet in civitatem progrediendo seu equitando et ex eadem redeundo facta unum tantum denarium dare et solvere ratione premissi pontalii tenebitur et erit astrictus a curru, in quo, ut premissum est, per prefatum pontem equitabit; hoc quoque specialiter adiecto et expresso, quod prefati videlicet currus mercatorii et kmethonales fluvio predicto in mediocritate aque permeabilique existente per ipsum fluvium transire liberam et spontaneam voluntatem absque premissi pontalii solucione et exaccione habebunt, ad quam tunc dumtaxat obligantur solvendam, quando per prefatum pontem, ut premissum est, equitabunt, dedimus, donavimus statuimusque perpetue et in evum presentibusque damus, donamus et statuimus perpetue et in evum per ipsos cives, nostros prefatos pronunc et expost existentes et futuros aut per ipsorum et per ipsos institutum pontalii exactorem exigendam, recipiendam, levandam, pro utilitate comunitatis ac pro prefati pontis reformandi perpetueque stabiliendi necessitate reservandam et convertendam; nobilibus et terrigenis eminencie statusque cuiuslibet exceptis specialiter et exemptis, qui per prefatum pontem equitantes ad solucionem premissi pontalii non tenebuntur nec debent compelli aliquo modo. Actum et datum Cracouie dominico ipso die sancte Marie Magdalene anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, presentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Sbigneo miseracione divina tituli sancte Prisce sacrosancte ecclesie Romane Presbitero Cardinali et Episcopo Cracouiensi magnificisque ac generosis Iohanne de Cziszow Castellano et Capitaneo, Iohanne de Tanczin Palatino Cracouiensibus, Iohanne de Oleschno Sandomiriensi, Stanislaeo de Ostrorog Kalisiensi Palatinis, Predborio de Konyeczpole Sandomiriensi, Hyncza de Rogow Siradiensi et Vicethezaurario nostro Castellanis et aliis quam plurimis fidedignis fidelibus nostris dilectis ad premissa testibus. Datum per manus magnificorum Iohannis de Conyeczpole Cancellarii, Petri de Sczekoczini Vicecancellarii Regni Polonie. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum.

Relacio magnifici Iohannis de Conyeczpole
Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 58. Pieczęć wraz z sznurkiem jedwabnym, na którym wisiała zaginęła. Na odwrotnej stronie: Presentata visa et lecta I. P. — a dalej: 18 marcy (16)26 Sandecz Revisia. Poniżej: Susceptum per (m)e Stanislaum Stroski in publicationem vigore constitutionis Warschoviensis.

LVIII.

W Krakowie 23. Marca 1454 r.

Kazimierz Jagiellończyk wydzierzawia żupy solne przemyskie i drohobyckie i cła lwowskie i grodeckie Genuńczykom Krzysztofowi Gwardia de Sancto Romulo i Julianowi de Walitariis.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo inter ceteras nostre sollicitudinis curas plerumque in animo nostro volvitur, ut proventus Regni nostri nobis ab Alto concessos tempore nostri felicis regiminis comodose augeamus. Cum autem zuppe nostre salis Premislienses et Drohobicenses nec non theolonea nostra Leopoliensia et Grodecensia in sorte proventuum aliorum nostrorum non minori existimacione reputamus, volentes sic ipsorum comodo et augmento intendere, matura desuper deliberacione prehabita, nobilibus Christofero Gwardia de Sancto Romulo et Iuliano de Walitariis, Italicis de Ianua, quorum quidem ingenii industriam a multis multipliciter reperimus comendatam et proinde de ipsis plenam fiduciam habentes, zuppam nostram Premisliensem a dominica proxima Iudica ad tres annos proxime se sequentes pro quolibet annorum ipsorum pro duobus milibus marcarum monete Regni nostri curentis numeri Polonicalis, XLVIII grossos in quamlibet marcam computando, et XII lapides piperis cum uno lapide croci ponderis et statere civitatis Leopoliensis, fisco nostro Regio ad mandata et quittaciones nostras assignanda et distribuenda arendavimus et tenore presencium arendamus. Item quia prefati Christoferus et Iulianus Italici de Ianua sal apud nos minutum in vasi per fluvium Wysla per nostros officiales pridem dimissum et in certis locis Cuyaviensis et Dobrinensis terrarum repositum, quodlibet vas per unam marcam communis pecunie coemerunt, tot vasa, quot illis per nostros officiales in ipsis terris demonstrata et per operis effectum data et exhibita nomine nostro Regio fuerint, similiter et alia omnia vasa salis minuti pronunc in civitate Premisliensi per nostros factores reposita, et que a nostris factoribus habuerint et tollent, vas quodlibet per X et IX grossos computando, una cum pecuniis, quas ipsi officiales nostri racione roborum seu aliquorum struum pro missione eiusdem salis aptorum impenderunt et computaverunt; omnium supradictorum vasorum salis in terris Cuiaviensi, Dobrinensi et Premisliensi per ipsos Christoferum et Iulianum a factoribus nostris sub eorum recognitione receptis facta racione receptorum includendo exposita pro eisdem roboribus sub ipsum sal pro fluitatione

dispositis et carniū, pisi, milli aliorumque necesariorum pro victu fluitancium pertinentium, que per ipsos nostros factores comparata et exposita et que omnia manibus Italicorum predictorum tenebuntur consignare, medietatem totius summe ex huiusmodi salis venditi provenientis pro festo Sancti Michaelis et ad alteram medietatem pro dominica Iudica anni futuri, que erit de anno Domini M^oCCCCLV plene et effectualiter, sine quavis retardacione et excusacione, ad solutionem ipsarum pecuniarum sint et erint nobis astricti et obligati. Item a theoloneo Leopoliensi specialiter noningentas marcas similiter ad decursum trium annorum arendatum annis singulis predictis ad solucionem sint nobis astricti et obligati. Ultra vero has noningentas marcas, pro quolibet anno quinquaginta marcas nobis dono dabunt, quas quidem L marcas ipsis Italicis non obligamur ad racionem ponere nec computare. Cuius quidem theolonei Leopoliensis possessionem suscipiant et habere debent in die visitacionis beate Marie proxime venturo. A zuppis vero Drohibiciensibus et theoloneo Grodecensi similiter ad decursum trium annorum arendato mille quadringentas marcas annis singulis dabunt et persolvent, quorum possessionem a festo sancti Egidii proxime futuro habebunt, tenebunt et suscipient cum omnibus et singulis proventibus, utilitatibus quocunque modo ad ipsas zuppas et theolonea superius descripta quomodolibet spectantibus, per ipsos Christoforum et Iulianum Italicos, tenenda, habenda, exigenda more et consuetudine a diu tenta percipienda. Que quidem duo milia marcarum ex zuppa Premisliensi singulis annis provenientia pro quolibet anno racione dicte zuppe prenominati Italici, ut prediximus, ad mandata et quittaciones nostras, puta iuxta ratam temporum pro quibuslibet quatuor temporibus anni cuiuslibet videlicet per quingentas marcas dabunt, persolvent et thezauro nostro infiscabunt. Eundem etiam modum et consuetudinem de Leopoliensi, Grodecensi theoloneis et zuppis Drohobicensibus circa reddicionem et solucionem peccuniarum volumus observare. Nec eosdem ultra ratam peccuniarum solvendam pro quibuslibet temporibus solvi debitam quitaccionibus et mandatis volumus cogere et ad ulteriorem solucionem compellere, stringere et angariare. Promittimusque, quod nullas literas, stante huiusmodi arendacione, dabimus quibuscumque subditis nostris, quibus theolonatores capi aut vinculare mandarem propter tardam quittacionum reddicionem. Sed ubi tardiores in huiusmodi expedicione redderentur, nobismet execucionem debite castigacionis reservamus. Item ne prefati Christoforus et Iulianus Italici theolonatores in suis iuribus aliqua perferant detrimenta seu fraudes, decernimus licere eis in locis, ubi theolonea exigere soliti sunt, mercatores proficiscentes cum curribus oneratis, si et in quantum ipsorum relacioni simplici fidem dare noluerint, currus predictos aperire et videre, si ipsorum assertio cum re subiecta oculis concordabit; nolentes tamen ipsos nisi quantum iuris fuerit aliquibus affici periculis sive damnis. Item predicti Italici theolonatores et zupparii omnibus, quibus salaria sive spiritualibus sive secularibus in dictis theoloneis

sive zuppis sunt assignata, ad rationem pecuniarum nostrarum singulis quatuor temporibus annorum predictorum debent expedire et recogniciones talium in racione facienda ponere volumus et defalcare. Item volumus, ut omnes et singuli homines, cuiuscunque status et condicionis existant, boves et caballos extra Regnum pellentes, non obstantibus literis predecessorum nostrarum et nostris super libertacione theoloneorum datis aut dandis, memoratis Christofero et Iuliano zuppariis et theolonatoribus nostra theolonea personaliter secundum antiquam consuetudinem et presertim tempore regiminis nostri progenitoris, quibus exigendi, recipiendi et arestandi plenam damus et omnimodam concedimus facultatem. Damus eciam predictis theolonatoribus et zuppariis omnimodam potestatem omnes et singulos mercatores per loca alia viasque inconsuetas et obliquas contra consuetudinem antiquitus tentam et non per Leopolim aut Grodek, non solutis theoloneis cum rebus et mercanciis proficiscentes, ipsos cum bonis et mercanciis ipsorum arestandi et recipiendi; quarum transgressionum alias przemitow medietatem ipsi theolonatores pro fisco nostro conservare et reddere tenebuntur, reliquam vero medietatem pro se tollent et recipient cum effectu. Porro quod si durante predicta arenda in Regno nostro alique gwerre, pestilentie et fames notabiles imminerent ita tamen, quod dicti theoloneatores aliqua damna exinde perciperent, volumus, ut adveniente racione in fine arende facienda racioniste nostri per nos ad id deputati super huiusmodi damnis deffinient nobis et ipsis theolonatoribus equitatem ministrando. Ceterum omnes recogniciones, quas cives et mercatores Cracouienses dare consueverunt, de quibus nos prescrutari debemus, si et in quantum antiquitus ponebantur in racione facienda aliis theolonatoribus et ipsis nos ponere theolonatoribus debebimus et defalcare. Si autem aliter invenerimus ita, quod non fuit moris eas ponere in racione et defalcare, extunc nolumus nos ad defalcacionem earum obligari et astringi. Item quia sepius contingit, quod mercatores in Leopolim ad loca, ubi theolonea Leopoliensia exiguntur, cum rebus et mercanciis ipsorum proficiscentes, cives Cracouienses se faciunt, appellant et vocant, propter quod theolonea Leopoliensia subtrahunt et pertranseunt, volumus, ut omnes civitatis Cracouiensis mercatores, qui ibi venerint, literas testimoniales consulum suorum civitatis Cracouiensis habeant et hiis habitis iuxta contenta arende teneantur et ubi in probacione deficiant, ad solucionem omnium theoloneorum teneantur et sint astricti. Item volumus et promittimus ipsis Italicis eorumque officialibus, quos ad id duxerint deputandos, quod quocienscumque cum sale zupparum predictarum annuatim fluitare et transire per aquam deorsum ire et proficisci contingat, quod ipsum sal poterint libere vendere, commutare et in suos usus beneplacitos convertere iuxta suam et suorum officialium voluntatem, dignitariorum et subditorum nostrarum quorumcumque et cuiuscunque condicionis et preeminencie fuerint, turbacione, molestacione et aresto cessante. Et si in huiusmodi fluitacione et emissionem salis per aquam prenomi-

nati zupparii Premislienses sub ministracione et malicia aliquorum subditorum nostrorum per arestacionem recepcionemque eiusdem salis aut violenciam in eo aliquod damnum perceperint, excepto ubi ob non solucionem theoloneorum debitorum id fieret, illud invencione et compensacione racionistarum probacione perprius efficaci habita in racione nostra, tum eis ponenda, promittimus defalcare. Item si post expiracionem arendacionis presentis prenominati zupparii aut eorum officiales cum sale ipsorum quodcunque habuerint una cum struibus roborum quibus illud supposuerint in aquis fluitare voluerint, ipsum sal plenam et omnimodam et in suos usus beneplacitos convertendi plenam concedimus facultatem, nisi forsitan nos aut ipsorum zupparii vellemus ab eis iusto precio ipsum sal reemere. Ex tunc licebit nobis solucionem illis facta pro nobis conservare. Item ne prefati Cristoforus et Iulianus Italici per varia iudicia et calumpnias litigancium quoquomodo succumbant et circa attemptacionem theoloneorum nostrorum sint negligentes et remissi, volumus, ut citati ad instanciam quorumcunque personarum pro quibuscunque causis ipsa theolonea duntaxat et zuppas contingentibus, magnis et parvis, coram quocunque iudice Regni nostri seculari minime respondebunt, neque tenebuntur respondere, nec aliqua proinde racione contumacie penas nobis aut eisdem iudicibus sive illis a quibus citabuntur solvent, sed tantummodo de se querulantibus coram nobis respondere sint astricti aut cui nos specialiter comiserimus iudicandos; familiares vero ipsorum duntaxat coram ipsis pro causis magnis sive parvis inculpati respondere tenebuntur. Volumus etiam, ut durante huiusmodi arende trium annorum spacio, prefati zupparii in ipsis zuppis meliorem in eis debent facere reformationis condicionem, ultra eam, cum qua eas susceperunt et a nobis hactenus habuerunt. Quocirca vobis universis et singulis, palatinis, castellanis, capitaneis ceterisque terrarum Russie dignitariis et officialibus, specialiter Leopoliensi et Premisliensi capitaneis districte precipimus et mandamus omnino habere volentes, quatinus prefatos Italicos de Ianua ab omnibus iniuriis, infestacionibus et angariis quibuscunque a quibuscunque personis ipsis vim aut iniuriam inferre volentibus tueamini et defendatis tuerique et defendi vestris officialibus committatis, dum per ipsos Italicos aut alterum eorum seu ipsorum officiales fueritis requisiti et avisati, sub gracia nostra secus facere non ausuri. Datum Cracouie Sabbato proximo ante dominicam Oculi mei anno Domini M^oCCCCLIII.

Ad relacionem magnifici Iohannis de
Conyeczpolye Regni Polonie Cancellarii.

Z rękopisu biblioteki uniwersyteckiego w Pradze: *Copiarium Dipl. Przemislaeum*. nr. VI. A. 7.
p. 166(b) — 168(a).

LIX.

W Nowym Sączu 2. Czerwca 1456 r.

Ławnicy Nowego Sącza poświadczają wypłatę 20 grzywien z testamentu
Pawła Maurera.

Wir.. Peter Malchiar, Michel Weger, Malchiar Kurschner, Rudolf Woelleweber, Iohannes Smocze vnd Andris Sarna, Scheppin der Stat NewCzanss, bekennen offentlich mit desim vor allen vnd iczlichen wo is not ist, das do vor vnsir gehegt ding, das Iohannes Czipser vnser foit sas, gutwilliclich komen ist der Erbar man Michel Becke vnser mitburger mitsampt seiner elichen hausfrawen Anna vnd ere geerben vnd haben bekant eyntrechtlich, das sy aus den henden der Erwardigen herren Petirs Custos allzy in der pfarkirchen vnd Hannus Maus mitburgers allzy czum Czanse entpfangen haben czwenzig mark polnischis geldis von des testaments wegen des Erbar Paul Mawerers deme got genode vnd in demselben gelde haben sy verpfendet ir haws, das gelegen ist an der ecken czuneste Czeninen hawse vnd alle andere guttere, dy sy haben beweglich vnd vmbeweglich, in sulcher weise, das sy alle quatuortemper eynen firdung polnischs geldis geben vnd ausrichten sullen an allen ofczog vnd hindernis bey dem banne den firen schulern, dy do vor deme heyligen leychname czu den crancken leuten mit gesange geen werden; vnd wenne sy dy obengenanten czwenzig mark also folkomlich ausgegeben, zo sullen sy frey seyn forbas mer vnd keynerley sache noch hulferede sal en czuhulfe komen, sunder an alle widderrede sullen sy dy beczalunge of dy obgenanten tage tuen adir dye dy do in deme hawse wonen vnd sitzen werden alz oben geschriben steet vnd das hot der vrogenante Michel becke an gehalten czu geben an der nesten quatuortempir noch pfingsten diser daten. Gegeben czu deme Newen Czanse an der nesten Mitwoch noch des heyligen leichnams tage Christi Im firenzhundertsten sechsvndfumfzigsten iare noch der gebort Christi vnsres liben herren. Mit vnsern hy vnden anhangenden Scheppinsigele czu merer steter vnd fester sicherunge der bestendikeyt.

Na zagięte: Item off dy XX mark hot man V mark ausgericht.

Item 1 firdung. Item XVIII grossos. Item XVIII grossos. Item XVIII grossos. Item abir XVIII grossos. Item X grossos. q̄ grossos. Coram¹⁾ pro quattuor-
temporibus pentecostes LXIX. Item de termino sancti Michaelis solvit XVII grossos. Item abir III mark vnd VI grossos feria secunda infra octavas Corporis Christi 1473. Item dedit XVIII grossos pro termino sancti Michaelis 1473. Item pro termino sancte Lucie dedit XVIII grossos. Item pro termino cinerum 1474 dedit XVIII grossos. Item pro termino pentecostes 1474 dedit XVIII grossos.

Na odwrotnej stronie:

Item pro termino autumpnali 1474 dedimus XVIII grossos.

Item pro termino sancte Lucie 1474 dedit XVIII grossos.

Item pro termino cinerum 14quinto²⁾ dedit XVIII grossos.

Item eodem anno de termino Pentecostes dedit XVIII grossos.

Item pro eodem anno de termino autumpnali dedit XVIII grossos.

Item de eodem anno pro termino Lucie dedit XVIII grossos.

Item de anno Domini 1476 pro termino cinerum XVIII grossos.

Item de anno Domini 1476 pro termino Pentecostes dedit XVIII grossos.

Item pro termino autumpnali anni 1476 dedit XVIII grossos.

Item pro termino Lucie dedit XVIII grossos 1476.

Item pro termino cinerum XVIII grossos 1477.

Item pro termino Pentecostes XVIII grossos 1477.

Item pro termino Pentecostes 1478 dedit II marcam (*sic*).

Item de 1479 dedit II marcas.

Restat ad huc XVIII grossos.

Oryginał perg. w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 59. Pieczęć wraz z sznurkiem perg., na którym wisiała, zaginęła.

¹⁾ Jeden wyraz nieczytelny.

²⁾ Ma być 1475.

LX.

W Samborze 22. Sierpnia 1457 r.

Andrzej Odrowąż wojewoda i starosta generalny ziem ruskich wzywa Mikołaja Serafina, obojgu żup żupnika i miecznika krakowskiego, aby mu choć częściowo dług spłacił.

Strenue Domine, amice noster dilecte! Scriptis vestris bene intelleximus, quibus nobis scribitis, sicut soliti estis, semper promittitis et nunquam verbum vestrum adimpletis. Recolimus enim post decessum nostri genitoris amantissimi ita diu nobis debita nostra ista tenemini et usquemodo ea solvere non advertitis, propter que multa dampna percepimus, quia et nostra bona nos vendere oportebat, de quibus longe dolebimus, et propter non complecionem verbi vestri ad dominum Castellanum Cracouiensem et ad alios nos induxistis non complementem. Et festum Assumpcionis virginis gloriose preteriit, ubi debuistis solucionem impendere, neque quidquam fecistis. Excusatis se bello, tamen in vestra descriptione continetur, quod neque

bellicali expeditione subterfugere nos potestis; quamvis autem ibi bella geruntur, tamen hic adhuc per Dei gratiam pax habetur. Idcirco rogamus amicanter, quatenus nostra debita cum dampnis nobis exsolvere dignemini; si autem nunc plura non possetis, extunc petimus domino Castellano Cracouiensi centum et triginta marcas et sexaginta florenos exsolvere velitis. Et quemadmodum honorabilem Iacobum, nostrum Capellanum, transmisimus, adhuc Cracouie morantem, idcirco rogamus, velitis arma nostra, que dedimus parare et balistas, prout idem capellanus refferret, expedire. Sique hec feceritis, extunc residui debiti longiorem terminum vobis concedemus; si autem nolueritis, extunc inscripcione, qua se nobis inscripsistis, modis omnibus, quibus maioribus poterimus, volumus uti et agere. Et scriptis vestris nobis intencionem vestram apperire velitis, si solvere nobis vultis aut non. In promissione tamen nobis non sufficit, quia promittendo ad diem iudicii nobis sic non exsolveritis, et hoc nos prestolari nolumus, nisi iam nostris inscripcionibus utemur. Datum in Sambor feria secunda in octava Assumpcionis virginis gloriose etc. lvii.

Andreas Odrowans de Sprowa Palatinus et
Capitaneus terre Russie generalis.

Na odwrotnej stronie adres: „*Strenuo Domino Nicolao Seraphin zuppario salis utriusque et gladifero Cracouiensi amico nostro dilecto*“.

Oryginał papierowy w rękopisie zakładu im. Ossolińskich nr. 165 k. 170.

LXI.

W Siennie 10. Sierpnia 1460 r.

Pius II. papież rozkazuje biskupowi przemyskiemu wydać wyrok w sprawie między kapitułą lwowską a Andrzejem, Jaczkciem, Hlebem i Michałem z Siennowa.

Pius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Premisliensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis decanus et capitulum ecclesie Leopoliensis, quod nobiles viri Andreas, Iaco, Hleb et Michael de Sennow fratres, domicelli Premisliensis diocesis, super quibusdam peccuniarum summis, bonis et rebus aliis ad mensam capitularem dicte ecclesie spectantibus iniuriantur eisdem. Ideoque Fraternitati Tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit appellacione remota decernas faciens, quod decerneris per censuram ecclesiasticam firmiter observari; proviso ne in terras dictorum nobilium auctoritate presencium interdicti

sentenciam proferas, nisi a nobis mandatum super hoc receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Senis anno incarnationis Dominice MCCCCLX^o decimo Augusti, pontificatus nostri anno secundo.

P. de Bonitate.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 186a.

LXII.

Na sejmie walnym w Nowem Mieście Korczynie 17. Grudnia 1461 r.

Kazimierz Jagiellończyk zezwala na urządzenie jarmarku na św. Marcin w Nowym Sączu.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Cuncta, que aguntur sub tempore, vacillant facile nisi scripture presidio et testium amiculo firmiter fulciantur ad gestorum memoriam perhennalem, proinde nos Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit unversis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo volentes opidi nostri Noue Sandecz in terra Cracouiensi siti condicionem facere meliorem et ut tempore nostri felicis regiminis suipsius (*sic*) pociora suscipiat incrementa, forum annale seu nundinarum singulis annis pro festo sancti Martini duabus septimanis continue se sequentibus durantibus in eodem indiximus, statuimus, posuimus indicimusque, statuimus et imponimus tenore presencium mediante perpetuo et in evum ab omnibus mercatoribus, vectoribus, populis ac hominibus utriusque sexus cuiuscumque status, condicionis aut preeminencie existant more aliarum civitatum et opidorum Regni nostri realiter celebrandi et exercendi; decernentes presentis scripti patricinio, ut quicumque homines ad huiusmodi nundinas sive forum annale pro festo predicto opidum nostrum Sandecz prefatum gracia emendi, vendendi resque pro rebus commutandi accesserint, in accedendo et recedendo securitate nostra plenaria et nostrorum successorum pociantur, nisi tales sint, quos iura non tuentur et quibus merito fidedignorum consorcia denegantur. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Actum in convencione Noue civitatis Korczyn generali feria quinta quattuortemporum post festum sancte Lucie anno

Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, presentibus reverendis patribus dominis Iohanne Wladislauensi et Regni Polonie Cancellario, Andrea Poznaniensi, Iohanne Chelmensi Episcopis, necnon magnificis et generosis Iohanne de Thanczin Castellano Cracouiensi, Luca de Gorcka Poznaniensi, Iohanne de Pyleza Cracouiensi, Stanislao de Ostrorog Calisiensi, Derslao de Rithwyani Sandomiriensi, Sanduogio de Laszenyche Siradiensi, Petro de Opporow Lanciensi, Andrea Odrowansz de Sprowa Leopoliensi et Capitaneo Russie, Hriczkone de Pomorzany Podolie Palatinis, Petro de Gay Calisiensi, Hyncza de Rogow Sandomiriensi, Iohanne Zaramba de Calynowa Siradiensi, Thoma de Sobotha Lanciensi Castellanis et aliis quampluribus fidedignis ad premissa. Datum per manus reverendi patris domini Iohannis de Brzesze utriusque iuris doctoris, Electi ecclesie Cracouiensis, Regni Polonie Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Relatio reverendi patris domini Iohannis de Brzesze prefati, iuris utriusque doctoris, Electi ecclesie Cracouiensis, R. P. Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w arch. miasta Nowego-Sącza nr. 60. Pieczęć zaginęła, został sznurek jedwabny koloru białego, czarnego i czerwonego. Na odwrotnej stronie napis: „*Productum coram dominis lustratoribus Sądecz anno 1627*“.

LXIII.

W Przemyślu 25. Listopada 1461 r.

Andrzej z Pomorzan, dzierzawca wsi królewskiej Manczykowic, pisarz ziemski przemyski, funduje szpital i kościół św. Ducha poza Przemyślem, nadając prawo prezenty tegoż kościoła rajcom przemyskim.

IN NOMINE DOMINI Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Ex quo gesta, quae fragilitas humana pro commodo generali cum tempore perituro sollicitudinis studio acticat, ut illibata in posterum permaneant, quanto amplius ea convenit posterorum memoriae commendare, unde animabus aeternum victuris salubrior speratur fructus provenire, proinde nos Andreas de Pomorzany, tenutarius villae Regiae Maiestatis Manczikovicze ¹⁾, terrae generalis Notarius Praemisliensis ²⁾, significamus tenore praesentium, quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris, quomodo de consensu et voluntate reverendissimi in Christo patris et domini,

domini Nicolai Dei gratia Episcopi Praemisliensis et totius capituli ecclesiae praedictae cathedralis Praemisliensis hospitale et ecclesiam extra civitatem Praemisliensem in honorem Spiritus sancti de novo ereximus et construximus et praeposituram circa praedictam ecclesiam ad laudem et honorem praedicti Spiritus sancti de bonis nostris fundavimus et fundamus dedimusque, appropriavimus et assignavimus damusque, assignamus, appropriamus, ascribimus et incorporamus scultetiam nostram perpetuam, quam habemus in villa Regali Manczikouicze, post mortem nostram cum omnibus excrescentiis agrorum, pratorum scilicet Lukowo, Smolne, Wancze, Polany cum duobus molendinis et duabus tabernis et cum piscinis, una magna ex opposito agrorum et inferius curiae iacens et cum aliis piscinis, in quibus molendina iacent et molunt in dicta villa et cum alia piscina circa tabernam, prout in iuribus Regalibus latius est descriptum, nec non medietatem horti inter stratas publicas Leopoliensem et Novae Civitatis Bybel penes ecclesiam dictam Spiritus sancti sitam et iacentem; aliamque medietatem dicti orti cum domo veteri et allodio parte ab altera pro vitrico et petitore et vetulis dictae ecclesiae hospitalis praedicti volumus reservari. Quem ortum cum praedio emimus in iure civili. In et super qua medietate dicti orti prius expressi praepositus ecclesiae saepedictae Spiritus sancti dotem sibi construet et aedificabit valentem. Quae omnia praemissa et singula pro iam dicta praepositura memoratae ecclesiae Spiritus sancti damus, appropriamus, ascribimus et incorporamus ad tempora perpetua et in evum. Quam scultetiam unam cum medietate orti praefati penes ecclesiam Spiritus sancti iacentem praedicti praepositi perpetuis temporibus et in evum, qui pro tempore fuerint, possidebunt et utifruentur. Quam si voluerint vendere aut mutare et hoc de consilio et voluntate consulum Praemisliensium, qui pro tempore fuerint, possunt et hoc ubi tam valentia bona possent invenire et incorporare. Quibus etiam consulibus Praemisliensibus et nulli alteri collationem dictae praepositurae damus, concedimus et praesentare praepositum temporibus perpetuis nunc et in evum. Qui praepositi pro tempore existentes tenentur et debent sub anathemate iuramenti pro salute animae nostrae singulis septimanis temporibus perpetuis nunc et in evum tres missas, videlicet Dominicis diebus de Spiritu sancto, feria quarta pro peccatis et Sabbato de beata Virgine, post mortem autem nostram Dominicis diebus de Spiritu sancto, ut praemissum est, feria quarta pro animabus et Sabbato de beata Virgine et singulis quatuor temporibus vigiliis cum exequiis singulis annis temporibus perpetuis et in evum legere et decantare sint astricti sub iuramento et sub anathemate et conscientia. Si quis autem huic ordinationi et testamento nostro molestus malo suasu vel contraria imponere aut in deteriora mutare hoc praesumpserit, hic et in futuro maledictionibus repleatur, votivis careat successibus et obprobriis confringatur sempiternis. Datum in Praemislia feria quarta proxima ante festum sancti Andreae apostoli gloriosi anno Domini 1461. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum, praesentibus

honorabilibus, generosis, nobilibus, prudentibus et famosis viris dominis Andrea artium Baccalaureo, Plebano in Hukouicze, Stanislao Slawsky Burgrabio castris Praemisliensis, Georgyo de Pomorzany, Ioanne de Cussenicze, Venceslao Wyąch, Hanusch Viethniczki, Stanislao Hanusch Szworcz, Petro Rog, Iacobo Sartore consulibus et civibus Praemisliensibus et aliis quam plurimis fide dignis.

Według transumtu Mikołaja Byliny z Krzyszkowic, kanonika i officyała przemyskiego, z r. 1477 oddrukowanego niżej pod nr. LXXXIII.

¹⁾ Tej nazwy wsi dziś nie ma, znajdują się atoli w pobliżu Przemysła Maćkowiec.

²⁾ Był też pisarzem królewskim, patrz AGZ. VI. p. 33.

LXIV.

We Lwowie 27. Marca 1462 r.

Albert Swatek z Hermanowa sędzia grodzki lwowski poświadcza, że Piotr Wolczkowicz z Kłodzianic winien Michałowi Bielikowi mieszczaninowi lwowskiemu 20 grzywien bez 6 groszy, któryto dług na wsi Rudanćze zabezpiecza.

Nos Albertus Swathek de Hermanow Iudex castrensis Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad nostram nostrorumque assessorum presenciam generosus Petrus Volczkowycz de Klodzenycze ¹⁾, non compulsus nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, mente corporeque existens sanus, de sua libera ac spontanea voluntate coram nobis recognovit, se teneri certi ac veri debiti viginti marcas minus sex grossis Polonicalibus pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet XL^{ta} VIII grossos computando, famoso domino Michaeli Byelik, civi Leopoliensi. Quas viginti marcas minus sex grossos monete et numeri pretactorum ad festum sancti Petri proxime affuturi, dum forum annuale Premislie celebratur prefatus Petrus antefato domino Byelik aut posteritati sue solvere effectualiter est obligatus et se per presentes summisit. Si autem non solverit, extunc in crastino termini non solutionis in villam dictam Rudyancze ²⁾ in districtu Leopoliensi sitam cum omni iure dominio et proprietate intromissionem dare est obligatus et tenebitur; ad quam intromissionem ipsi domino Byelik dandam ministerialem, quem sibi ipse dominus Byelik duxerit eligendum, super se iam addidit et vicecapitaneum aut iudicem castrensem Leopolienses potentes effecit eundem mini-

sterialem addere ad predictam intromissionem, dum ipse dominus Byelik affectaverit. Quam quidem villam Rudyancze antefatus dominus Byelik tenebit, habebit cum omni iure, dominio et proprietate, utilitatibus, censibus, redditibus, proventibus, fructibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, aquis et earum decursibus, piscinis et piscatoriis piscinarumque demissionibus, molendinis et eorum emolumentis, kmetonibus, laboribus cum seminacionibus, tabernis, penis, quercetis, rubetis, virgultis ac obventionibus generaliter universis, quocunque nomine et vocabulo vocitentur, nec non cum omnibus appendiis et coherenciis ad dictam villam quomodolibet spectantibus, prout in suis metis et graniciebus longe, late et circumferencialiter est limitata et distincta, et possidebit a festo Nativitatis Domini proxime affuturo ad aliud et sic ab anno ad annum usque ad plenariam exolucionem dictarum viginti marcarum minus sex grossorum. In quam quidem possessionem ville dicte fatus Petrus aut posteritas sua legitima sepefatum Byelik aut posteros suos ab omni persona sexus utriusque et specialiter a domino Rege et eius capitaneo Leopoliensi et ab herede legitimo et ab omnibus illis, qui priores inscriptiones super predictam villam haberent, iuxta consuetudinem terrestrem protegere et tueri et a bello intercedere est obligatus et tenebitur presencium sub vigore. Si autem non protegeret vel aliquem punctum in presenti inscriptione contentum non teneret et ob hoc ipse dominus Byelik dampnum aliquod pateretur, illud non suum sed ipsius Petri super simplicem assercionem domini Byelik, omni iuramento corporali excluso, fieri debet, dampnum convertendo in capitales pecunias. Et dum pro hiis se citare admitteret, sit in ius terrestre aut castri Leopoliensis, extunc in primo termino parere et totam suam causam propriam perdere debet, succumbendo per tres marcas iudicio et parti; non evadendo ipsum dominum Byelik pro premissis ullo iure nec literis Regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcionem, colloquio generali, novis aut veteribus constitutionibus seu laudis terre, vera aut simplici infirmitate, reclamacione et reposicione terminorum causa belli nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori neque aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria. Sed quibuscunque modis evadere vellet, hiis omnibus in primo termino, prout dictum est, parere debet et in eodem primo termino ipse dominus Byelik suaque posteritas legitima sepefatum Petrum aut posteros suos in toto suo lucro, penis et dampno condempnare potens erit, tanquam in termino peremptorio. Insuper si ipse dominus Byelik de pecuniis suis necessitaretur, extunc dictam villam in summa supra descripta, cui voluerit, obligare potens erit cum inscriptione presenti, ad quem ipse dominus Petrus consensit presentibusque consentit; quem etiam simili modo, ut dictum est, protegere et tueri tenebitur sub penitencia expressa. Etiam idem Petrus obligatus est hanc inscriptionem inducere in librum terrestrem Leopoliensem ad primos terminos particulares condempnabiles sub vadio viginti marcarum, quod sibi domino Byelik licet si et in quantum non introducet. Super que omnia per dominum Michaellem Byelik memoriale est positum

per nos vero receptum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum Leopoli die Sabbatho ante dominicam XLme Letare proximo anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Andrea de Karczynczye Vicecapitano Leopoliensi, Iohanne Kunyath de Thuliglowy, Iohanne Rychczyczsky, Petro de Keczarow, Petro Notario domini Strumilonis, Kusmya Procuratore de Klodzenyche, Hyhnath Tiwno de Rudyancze, Stanislao servitore generosi domini Petri Rokothy, Mathia Pyeczony ministeriali Leopoliensi et aliis circa premissa.

U dołu dokumentu dopisano odmienną ale spóczesną ręką i innym atramentem:

Dum autem ipse dominus Petrus aut posteritas sua predictam villam Rudancze ab ipso domino Byelyk aut a successoribus suis eximere velint, extunc semina generis cuiuscunque sint in campis eiusdem ville per ipsum Byelyky seminatis ipse Byelyk pacifice et libere metere et in usus suos recipere potens erit et debebit. Ipse autem Petrus prefatum Byelyk in dictis seminibus alias wseybach ywnassenyv impedire non dedebit sub vadio viginti quinque marcarum.

Dokument pergaminowy z wieku XV. w zakł. nar. im. Ossolińskich nr. inw. 785. Na odwrotnej stronie współczesna ręka napisała: „*Liber Pauli de Colomia ora frater pro eo Ave Maria.*“ Pieczęci nie było nigdy żadnej.

1) Kłodno wieś w starostwie żółkiewskim.

2) Rudańce wieś w starostwie lwowskim.

LXV.

W Piotrkowie 28. Stycznia 1463 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala Krzysztofowi de Sancto Romulo lwowskiemu poborcy ceł, żupnikowi drohobyckiemu, wykupić z rąk Słabossia wsie Kiernicę, Małkowice, Czerlany i Kąt wraz z sołtystwami.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Acta humanorum actuum facili pereunt memoria, nisi apicibus literarum et sufficienti fide digno testimonio fuerint roborata, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lanczie, Cuyauie, Pomaranie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo

inspectis et maturo animo recensitis gratis serviciis fidelibusque meritis generosi Cristofferi de Sancto Romulo Theloneatoris Leopoliensis et Supparii Drohobicensis, fidelis nostri dilecti, quibus Magestati nostre meruit et complacuit auctoque fidelitatis studio magis poterit mereri et complacere in futurum sibi villas nostras videlicet Cry(*nycza*)¹), Malkowycze, Czerlany et Canthy²) in t(*erra*) Rus(*sie*) districtu Grodecensi sittas de m(*anibus*) nobilis Slabossii tenutarii earundem nostri in sumis peccuniarum per nos et antecessores nostros eidem Slabosio obligatas et inscriptas redimere admisimus et consensimus. Cupientes tamen prefatum Cristoferum pro huiusmodi nostris serviciis et meritis reddere consolatum, sibi et ipsius legitimis successoribus prefatas villas Crynycza, Malkowycze, Czerlany et Kanthy cum advocaciis sive sculteciis, cum omnibus et singulis earundem villarum ac advocaciarum sive sculteciarum in dictis villis existentibus censibus, redditibus, fructibus, proventibus, usibus, angariis, laboribus, areis, curiis, domibus, allodiis, prediis, agris, campis, pratis, pascuis, graminibus, graminetis, arvis, silvis, borris, gays, nemoribus, indaginibus, rubetis, quercetis, dumetis, sareptis, venacionibus, aucupacionibus, mellificiis et eorum appendiis, aquis, fluviis, fluminibus, lacubus, stagnis, piscinis, piscaturis, paludibus, rivis, rivolis, torrentibus aquarumque decursibus, molendinis aquaticis et ventilibus constructis sive construendis et eorum emolimentis ac universis pertinenciis et obvencionibus quibuscunque, quocunque nomine et vocabulo censeantur speciali, ad dictas villas ac ipsarum advocacias seu scultecias quomodolibet ex antiquo spectantibus et generaliter cum omni iure, dominio et proprietate, nihil pro nobis et nostris successoribus in eisdem villis ac ipsarum advocaciis seu sculteciis reservando seu quomodolibet excipiendo, ita late, longe et circumferencialiter, prout dicte ville cum ipsarum advocaciis seu sculteciis sunt distincte et limitate in suis metis seu graniciebus, dedimus, donavimus et largiti sumus damusque, donamus et gratiose largimur per presentes adusque prefati Christofori tempora vite, per eundem Christoforum et ipsius successores prefatas villas et earundem advocacias seu scultecias tenendum, habendum, utifruendum, vendendum, commutandum, dandum, donandum, alienandum libereque et pacifice possidendum et in usus voluntarios convertendum, prout sibi et ipsius successoribus melius et utilius videbitur expedire. Cuiusquidem Cristofori vita functa, prefatis summis ac aliis iuxta nostras literas in eisdem villis et ipsarum advocaciis seu sculteciis contentis per nos aut nostros successores prefato Christoforo aut suis successoribus ex integro exsolutis, dictarum (*vi*)llarum et ipsarum advocaciarum seu scul(*tecia*)rum possessio ad nos et nostros successores reve(*rtet*) pleno iure. Harum quibus testimonio literarum (*sigil*)lum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum (*sic*). Actum et datum Pyotrhouie feria sexta proxima in convencionem generali post festum Conversionis sancti Pauli apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio, presentibus ibidem reverendissimo et reverendis in Christo patribus dominis

Ioanne sancte ecclesie Gnesnensis Archiepiscopo et Primate, Ioanne Wladislauiensis et Cancelario, Andrea Poznaniensi Episcopis, necnon magnificis et generosis Ioanne de Pilcza Cracouiensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Derslao de Rithwany Sandomiriensi, Stanislao de Ostrorog Calisiensi, Sandiwogio de Łazenyce Siradiensi, Petro de Oporow Lanczicziensi, Nicolao de Koszcelec Brzestensi, Andrea Odrowasch de Sprowa Leopoliensi Pallatinis, Petro de Samothuly Poznaniensi, Petro de Gay Calisiensi, Ioanne Zarąba de Kalenowa Siradiensi, Ioanne de Czarnkow Gnesnensi, Thoma de Sobothka Lanczicziensi Castellanis, Ioanne de Rythwany Marsallco, Iacobo de Dąmpno Vicethezaurario Regni Polonie et aliis pluribus testibus ad premissa. Datum per manus prefati reverendi patris domini Ioannis (*Episcopi*) Wladislauiensis, Cancellarii et venerabilis Ioannis Lutconis de Brzeze iuris utriusque doctoris, Vicecancellarii Regni Polonie sincere dilectorum.

Ad relacionem eiusdem reverendi patris domini Ioannis Episcopi Vladislauiensis et Regni Polonie Cancellarii.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Inscr.* t. XIV str. 258 — 60 z oryginału na roczkach sądu komisarskiego: „*Acta sunt hec Leopoli feria secunda in crastino sancti Andree apostoli anno Domini 1533*“ (1. Grudnia). Kopia w wielu miejscach zbutwiała.

¹⁾ W toku procesu nazwana także „*Czernycza*.“ Krynica albo Kiernica wieś w starostwie gródeckim (koło Lwowa).

²⁾ Kąt wieś w starostwie jaworowskim. Co do dwóch drugich wsi porównaj powyżej dokument nr. XV.

LXVI.

W Krakowie 20. Lutego 1464 ¹⁾ r.

Jan Bohun z Dunoszy sędzia i Jan z Pielgrzymowic podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że Barbara z Topoli żona Mikołaja Reja z Szumska zeznała w obec Jana Rokosza z Koszycz wódczas sędziego ziemskiego krakowskiego, iż zastawiła wsi Myrzen i Kwapinkę tudzież część wsi Gruszowa Mikołajowi Krzeszowi niegdys ze Słupowa za 195 grzyw.

Nos Iohannes Bohun de Dunossy Iudex et Iohannes de Pyelgrzimowycze Subiudex terre Cracouiensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo manente in iudicatu terre dicte strenuo Iohanne Rokosz de Coszycze tunc coram cunctis camerariis iudicialibus veniens personaliter nobilis Barbara de Thopolya uxor

domini Nicolai Rey de Schvmsko, sana mente et corpore existens, non compulsa nec coacta sed de ipsius libera voluntate totas hereditates sive villas Myrzen, Quapinka²⁾ et partem hereditatis in Gruschow³⁾ suas cum omni iure et toto dominio, utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, agris, campis, pratis, pascuis, gagiis, rubetis, silvis, borris, piscinis, fluviis, molendinis, aquis, incolis, censibus, areis, domibus, thabernis, ortis, ortulanis et cum universis pertinentiis, quibuscumque dicantur nominibus, ad dictas hereditates ipsius quomodolibet spectantibus, prout sola tenuit, habuit et possedit, nichil excludendo aut iuris proprietatis pro se et suis posteris reservando, pro ducentis minus quinque marcis communis peccunie monete Cracouiensis, numeri Polonicalis consueti, nobili Nicolao Crzesch et ipsius posteris legitimis in vim redemptionis a festo Nativitatis Domini proxime lapso ad tres annos in totum vendidit et iudicialiter resignavit tali condicione interposita, quod si aliquo horum trium annorum restituerit sibi Nicolao Crzesch condam de Slupow ducentas minus quinque marcas, extunc tenebitur eadem bona predicta sibi domine Barbare resignare; si vero non restituerit, extunc ipse Nicolaus cum suis posteris dicta bona hereditaria cum omni iure premissis perpetualiter obtinebit, tenebit, habebit, vendet, comutabit, donabit, utifruetur et in suos usus libere convertet, prout sibi et ipsius posteris melius et utilius videbitur expedire. Et debet ipsum occasione premissorum ab omnibus impedimentis et dampnis quarumlibet personarum sexus utriusque, secundum quod ad quamlibet personam pertinet prescripcio, intercedere et sub dampno secundum terrestrem Cracouiensem consuetudinem eliberare. Iam nunc dedit sibi intromissionem. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Cracouie feria secunda post dominicam Invocavit anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, presentibus hiis testibus nobilibus Iacobo Obulicz de Brunoczycze, Clemente de Przybyslauicze, Stanislao de Minori Coszmycze, Iohanne de de (sic) Grzegorzouicze, Nyemyerza de Volya et Iohanne de Brodi heredibus aliisque quam pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 61. Obydwie pieczęci wraz z paskami pergaminowymi odpadły.

¹⁾ Data odnosi się do czasu, w którym Jan Rokosz był sędzią ziemskim krakowskim. Porównaj Helcel Pomniki II. str. 695 nr. 3761: „*Acta Cracouie feria secunda proxima post festum sancti Bartholomei (27. Sierpnia) A. D. MCCCCLXIV Tunc generosus Dominus Iohannes Bohun ad iudicatum est locatus*“ a niżej: „*Acta Cracouie feria secunda proxima post festum sancti Bartholomei A. D. MCCCCLXIV succedente in iudicatu generoso Iohanne Bohun de Dunoschy, post liberacionem Iohannis Rokosch (et) iudicatus resignacionem etc.*“ Uwolnienie Rokosza nastąpiło zapewne w skutek słabości; porównaj Helcel II. str. 694, gdzie w dniu 8. Czerwca 1464. kto inny zastępuje na sądach Rokosza: „*propter infirmitatis deposicionem languentem absentis.*“

²⁾ Mierzyn z Kwapinką w starostwie wielickiem.

³⁾ Gruszów z Wieżą w starostwie wielickiem.

LXVII.

W Krakowie 3. Marca 1464 r.

Jakób z Dąbna podskarbi koronny i starosta krakowski pożyczka od rajców nowosądeckich 100 grzyw. i 60 złt. węg. i ubezpiecza dług ten na młynach królewskich obok Nowego Sącza położonych, które trzyma w dzierzawie.

Nos Iacobus de Dambno Regni Polonie Thesaurarius et Capitaneus Cracoviensis etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo incunbente nobis opportuna necessitate aput famosos et circumspectos preconsumem et consules civitatis Nowe Sandecz fideles et amicos nostros dilectos centum mercas communis peccunie per quadraginta octo grossos in quamlibet mercam computando et sexaginta florenos Ungaricales puri auri et iusti ponderis in mutuuum recepimus, tulimus et levavimus realiter et cum effectu. Quasquidem centum mercas monete et numeri Polonicalis et sexaginta florenos auri et ponderis prefatorum ab hoc festo Pasche proxime venturo ad aliud videlicet festum Pasche immediate sequens eisdem preconsumi et consulibus prefatis bona et sincera fide, condicionibus, casibus et occasionibus quibusvis abiectis et postergitis, solvere promittimus integraliter et ex toto. Sed nichilominus de dicta summa centum mercarum et sexaginta florenorum perfectiori solutione ipsos consules assecurare volentes et reddere cerciores, ipsis in dictis summis peccunialibus et florenorum molendina Regalia tenute nostre circa Sandecz Nowam inscribimus et obligamus et condescendimus tenore presencium mediante ita, ut iam ipsi consules Nowe Sandecz a dicto festo Pasche proxime futuro in dicta molendina intromissionem recipiant realem et officialem, quam ipsis presentibus assignamus et de facto tribuimus ac usque ad aliud festum Pasche immediate sequens, ut premissum est, omnia et singula emolimenta et quoscumque census et proventus de dictis molendinis quomodolibet provenientes absque omni nostro et nostrorum officialium impedimento et aresto tollant, levent et percipiant; quibus emolimentis et proventus receptis in festo uno usque ad tempus prefatum fideliter reservabunt, conficient et reponent sub eorum titulo et potestate. Terminoque solutionis prefato adveniente, si et in quantum proventus et emolimenta de dictis molendinis per eos recepta et fideliter et integre in ipsorum fisco reposita ad integram solutionem dicte summe centum mercarum et sexaginta florenorum non sufficet (*sic*), extunc nos usque ad totam et plenam solutionem apponere et exbrigare tenebimur et debemus, nullo iure aut litteris Regalibus ipsos evadendo, sed ab omni persona spirituali et seculari promittentes omnia

et singula ipsis bona et optima fide adimplere et tenere volum(us et) promittimus. Si vero occasione nostre non solucionis, quod absit, aliquid dampnum vel dampna a Regia Serenitate vel quocunque ho(mine Christi)ano vel Iudeo incurrerint, illud vel illa non ipsorum sed nostra esse debent dampna, que ipsis una cum pretacta summa (solvere tenem)ur et bona fide promittimus. Casu autem quo infra hinc Altissimus, quod absit, nos in vita conservare non dignaretur (aut predicta molendina Sa)ndeczensia de manibus nostris foret (sic) alienata, extunc predicti consules ipsam summam centum mercarum et sexaginta (florenorum nobis et) successoribus nostris in bonis nostris hereditariis respicere et exbrigare debebunt ordine et modo prescriptis. In cuius (rei testimonium sigil)lum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracouie Sabbato proximo ante dominicam in qua cantatur Oculi mei etc. a(nno Domini millesi)mo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Oryginał pergaminowy ze znaczną dziurą w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 62. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy.

LXVIII.

Pod wsią Czazycze 17. Maja 1464 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy wojewoda i starosta ruski oznacza granice pomiędzy wsiami Brańce, Dziewiętniki i Chrostkowice czyli Kowry.

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa Palatinus et Capitaneus terre Russie generalis significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo visis, pensatis et consideratis litibus, discordiis et controversiis generosorum dominorum Petri de Brancze Iudicis Leopoliensis ab una et Francisci de Dzyewyanthnyky ab altera partibus occasione granicierum inter villas ipsorum videlicet Brancze ¹⁾ domini Iudicis Leopoliensis protunc et Dzyewyanthnyky ²⁾, Chrostkowicze ³⁾ alias Cowry domini Dzewyanthniczski dudum exortis, huiusmodi dissensiones et lites inter ipsos mitigare, extinguere et sopire cupientes et volentes, ad faciendum limites et granicies inter villas prefatas de amborum ipsorum bona, mera et spontanea unanimique voluntate et consensu cum dominis infrascriptis et senibus, Deum pre oculis et sanctam eius iusticiam habentes, descendimus nobili Slappa Camerario Leopoliensi vice et loco domini Georgii Strumilo Succamerarii Leopoliensis de parciam ambarum consensu et unanimi voluntate et ipsius domini Strumilo Succamerarii Leopoliensis de assensu speciali et comissione eidem Slappe

iniuncta ipso itaque Slappa faciente, disponente et ordinante, granicies, scopulos et signamenta alias naczoszy et signa modo et consuetudine granicierum. Et primo primus scopulus acialis alias naroszny incipiendo a granicie ville Hlebowicze⁴⁾ dicta Rohyn sippatus, erectus et consignatus est alias naczyoszan, transeundo super vallem Kolodziczyk Camyona similiter eundo per silvam Dolhi eciam transeundo per Lyscarzowa attingendo silvam per Stawyska scopuli consipati et obsignati sunt. Circa autem Stawyska ultimus scopulus acialis in granicie ville Czazycze⁵⁾, quam idem Dzye-wyanthniczsky cum memorata villa habet, erectus, sippatus et consignatus est. In quo quidem scopulo ultimo aciali dominus iudex et cum filiis suis Iohanne et Nicolao tamquam heredibus maternalibus de Branze per nos et dominos infrascriptos interrogati de fatarum granicierum dispositione et terminacione ipse ambe partes de bona, spontanea et unanimi voluntate granicies prefatas ratas, gratas atque firmas et irrevocabiles habendas, tenendas servandasque perpetuis temporibus acquieverunt, consenserunt et gratificarunt, quas et nos iuxta consensum ipsorum et bonam voluntatem, ne de cetero inter ipsos contenciones fierent et oriantur, permansimus et vigore presencium permanemus temporibus eviternis. Harum quibus sigilla nostra presentibus sunt subappensa testimonio litterarum. Actum et datum supra villam Czazycze circa ultimum scopulum acialem de parciem ambarum unanimi voluntate et consensu feria quinta in octava Ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, presentibus generosis et nobiles dominis Iohanne Cola de Dalyeow Succamerario Haliciensis, Iohanne de Wyszokye Subiudice Leopoliensi, Iohanne de Hermanow Tribuno Trebewliensi (*sic*), Iuchno Capitaneo Zydaczowiensi, Martino Romanowski de Swyrsch, Michaele Procopowicz de Strzelczicze, Nicolao de Czyrnyeyow et aliis quam plurimis fidedignis testibus ad premissa.

Według potwierdzenia króla Kazimierza Jagiellończyka z r. 1469. oddrukowanego i opisanego poniżej pod nr. LXXIII.

¹⁾ Bryńce (Cerkiewne i Zagórne) wieś w starostwie bobreckiem.

²⁾ Dziewiętniki wieś w starostwie bobreckiem.

³⁾ Chrostkowicze, wieś ta leżała w okolicy Dziewiętnik — ale nie ma jej obecnie ani w skorowidzach ani na mapie Kummersberga.

⁴⁾ Chlebowice wielkie wieś w starostwie bobreckiem.

⁵⁾ Czyżyce wieś w starostwie bobreckiem.

LXIX.

W Piotrkowie 13. Maja 1467 r.

Kazimierz Jagiellończyk przykazuje m. Sączowi, by wypłacało Mikołajowi z Prandocina psaltaryście kościoła krakowskiego 4 grzywny tytułem podatku królewskiego.

KAZIMIRUS Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. providis magistro civium consulibusque, magistris operariorum civitatis nostre Sandecz, fidelibus nostris dilectis. Quia honorabili Nicolao de Prandoczyn Psalteriste ecclesie Cracouiensis maioris et eius successoribus devote dilecto census quatuor marcarum communis peccunie et numeri Regni nostri valencium pro centum et quinquaginta florenis Ungaricalibus de et ex censibus introitibusque nostris nobis annuatim nostroque fisco Regio provenientius sub titulo iusto bonaque fide omnibus illicitis, que viciarent huiusmodi contractum, cessantibus in civitate nostra de sutoribus, institutoribus de albatorio alias blechi, areis, domibus, agris, laneis, ortis, prediis, pratis, pascuis, piscinis, rubetis, humulariis balneoque superiori et inferiori, maleis alias hamri et signanter de cameris carnificum provenientius, proutque in litteris huiusmodi vendicionis et resignacionis aliis continetur, et ipsis eosdem resignavimus et demonstravimus iuxta naturam huiusmodi contractus vosque ad huiusmodi census et introitus nostros illuc expressos provenientes universos designamus et deputamus et ad solvendum huiusmodi census annum ipsi Nicolao prefato Psalteriste nomine nostro singulis annis in quolibet festo sancti Thome apostoli incipiendo a proximo festo ipsius sancti presentibusque deputamus et comittimus, prout in dictis litteris huiusmodi contractus nostris habetur et continetur. Quo circa vobis auctoritate nostra Regia comittimus et mandamus hortamurque habere volentes, quatenus huiusmodi census nostros memoratos singulos exigere a modo huiusmodi contractu durante dicto Nicolao predictum census quatuor marcarum singulis annis sine omni contradictione et dilacione in Cracouia nostris impensis sub penis nostris Regalibus censuris seu excomunicacionibus ecclesiasticis, quibus et successores vestros casu, quo negligentes aut remissi essetis, submisimus et submittimus solvere et portare cum effectu debeatis, de reliquis censibus pro nostro tezauro et fisco responsuri. De quibusquidem quatuor marcis nec non dampnis, quod absit, circa solucionem presentem incidentibus et impensis occasione premissorum necessario faciendis vos vestrosque successores quittamus exnunc prout extunc pro omni semper dacia et solucione huiusmodi census. Preterea vobis committentes gratie nostre sub obtentu, quatenus pro firmitate securitateque huiusmodi contractus et solucionis ipsi

Nicolao facienda vos sine omni excusacione cum comunitate civitatis nostre prefate tanquam principales debitores prefatis censuris ecclesiasticis debeatis subicere et inscribere eciam sub penis interdicti, et literam super vos eidem vestram sigillo civitatis munitam dare modo et forma per ipsum Nicolaum danda. Nichilominus tibi magnifico Iacobo de Dambno Regni nostri Thezaurario, Cracouiensi et ipsius civitatis Sandecensis etc. Capitaneo aliisque capitaneis Sandeczensibus nostris pro tempore existentibus eorumque vicesgerentibus quibuscumque inhibemus et inhibitum nunc et imposterum esse volumus, ne tua sinceritas seu alii pro tempore prefati successores tui et vicesgerentes quoquomodo audeas sive audeant seu presumatis de huiusmodi censuum nostrorum exactione et solucione dictarum quatuor marcarum earumque impedimentis quibuslibet se intromittere, sed quinymmo intromissionem in hiis tam ipsis consulibus nomine prefato quam Nicolao dicto possessionem dare proutque nos huiusmodi possessionem presentibus eidem Nicolao civibusque damus et assignamus et investimus cum effectu et assignare cum effectu debeatis; secus facere non ausuri sub nostra Regia indignacione. Nostris et nostrorum successorum litteris quibuscumque et ex quacumque causa vel occasione sub quacumque verborum forma forsandis in contrarium aut hoc impredientibus non obstantibus, quibus omnino presentibus nunc et in antea derogamus et derogari decernimus. Quodque ipsa civitas hiis debeat omnino litteris se tueri et defendere eisque inherere tociens quociens ac si penitus huiusmodi pretensa futura non essent impedimenta. Datum in convencionem Pyotrkowiensi generali feria quarta ante festum Penthecostes proxima anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Relacio venerabilis Alberti de Zychlin
Regni Polonie Vicecancellarii.

Na odwrotnej stronie :

Anno Domini millesimo etc. lxxvii die Iovis xxiii Iulii domini consules Ieronimus Iirosch, Iohannes Culwisch et Barthossius Moczygardlo suo et nomine aliorum consulum et opidanorum Sandeczensium applicantes inscripcionem tam Regiam quam propriam aput acta vicariatus factam quitativam litteram de manibus domini Iohannis iunioris Dlugosch Canonici Cracouiensis nomine domini Nicolai Lanthkowsky Psaltariste acceptaverunt suamque et civitatis responsalem eidem adiderunt. Presentibus dominis Mathia Nicolai de Grodzecz Vicario castrensi et Altariste, Stanislawo Lythwosz de Cazmino Notariis et Lucassio de Conussycze Presbitero et aliis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 63. Pieczęć wraz z sznurkiem jedwabnym, na którym wisiała, odpadła.

LXX.

W Piotrkowie 13. Maja 1467 r.

Kazimierz Jagiellończyk poleca rajcom i cechmistrzom miasta Sącza, aby wypłacali podatek królewski w kwocie 16 grzywien rocznie wikaryuszom katedry krakowskiej.

KAZIMIRUS Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. providis magistris civium consulibusque. magistris operariorum civitatis nostre Sandecz fidelibus nostris dilectis gratiam nostram cum favore. Providi fideles nostri dilecti. Quia comunitati honorabilium vicariorum canonicalium ecclesie katedralis Cracouiensis maioris perpetuorum devote nobis dilectorum census sedecim marcarum comunis peccunie et numeri Regni nostri valencium pro quingentis et quinquaginta florenis Hungaricalibus de et ex censibus introitibusque nostris nobis anuatim nostroque fisco Regio provenientibus sub titulo iusto bonaque fide, omnibus llicitis, que viciarent huiusmodi contractum, cessantibus, in civitate nostra de carnificibus, sutoribus, institoribus de albatorio alias blechi, areis, domibus, agris, laneis, ortis, prediis, pratis, pascuis, piscinis, rubetis, humulariis balneoque superiori et inferiori, maleis alias hamri, proutque in litteris huiusmodi vendicionis et resignacionis aliis continetur, et ipsis eosdem designamus et demonstramus iuxta naturam huiusmodi contractus vosque ad huiusmodi census et introitus nostros illuc expressos provenientes universos designavimus et deputavimus et ad solvendum huiusmodi censum annum ipsis vicariis et eorum communitati pro tempore nomine nostro singulis annis in quolibet festo sancti Thome apostoli incipiendo a proximo festo ipsius sancti presentibusque deputamus et committimus, prout in dictis aliis litteris huiusmodi contractus nostris plenius continetur et habetur. Quocirca vobis auctoritate nostra Regia committimus et mandamus hortamurque habere volentes, quatenus huiusmodi census nostros memoratos singulos exigere a modo huiusmodi contractu durante dictis vicariis predictum censum sedecim marcarum singulis annis sine omni contradictione et dilacione in Cracouia nostris impensis sub penis nostris Regalibus censuris seu excomunicacionibus ecclesiasticis, quibus vos et successores vestros casu, quo negligentis aut remissi essetis, submisimus et submittimus, solvere et portare cum effectu debeatis, de reliquis censibus pro nostro thezauro et fisco responsuri. De quibusquidem sedecim marcis nec non dampnis. quod absit, circa solutionem presentem incidentibus et impensis occasione premissorum necessario faciendis vos vestrosque successores quittamus exnunc prout extunc pro omni semper dacia et

solucone huiusmodi census. Preterea vobis committimus, gracie nostre sub obtentu, quatenus pro firmitate securitateque huiusmodi contractus et soluconis ipsis vicariis facienda vos sine omni excusacione cum comunitate civitatis nostre prefate tamquam principales debitores prefatis censuris ecclesiasticis debeatis subiicere et inscribere eciam sub penis interdicti et literam super vos eisdem vestram sigillo civitatis munitam dare modo et forma per ipsos vicarios danda. Nichilominus tibi magnifico Iacobo de Dambno Regni nostri Thezaurario, Cracouiensi et ipsius civitatis Sandeczensis Capitaneo aliisque capitaneis Sandeczensibus nostris pro tempore existentibus eorumque vicesgerentibus quibuscumque inhiemus et inhiatum nunc et imposterum esse volumus, ne tua Sinceritas seu alii pro tempore prefati successores tui et vicesgerentes quoquomodo audeas sive audeant seu presumatis de huiusmodi censuum nostrorum exaccione et solucone dictarum sedecim marcarum earumque impedimentis quibuslibet se intromittere, sed quinymo intromissionem in hiis tam ipsis consulibus nomine prefato quam vicariis possessionem dare, proutque nos huiusmodi possessionem presentibus eisdem vicariis civibusque damus et assignamus ac investimus cum effectu et assignare cum effectu debeatis; secus facere non ausurus seu non ausuri sub nostra Regia indignacione, nostris et nostrorum successorum litteris quibuscumque et ex quacumque causa vel occasione sub quacumque verborum forma forsandis in contrarium aut hoc impediens non obstantibus, quibus omnino presentibus nunc et inantea derogamus et derogari decernimus. Quodque ipsa civitas hiis debeat omnino literis se tueri et defendere eis que inherere tociens quociens ac si penitus huiusmodi pretensa futura non essent impedimenta. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum in convencionem generali Pyotrkouensi feria quarta ante festum Pentecostes proxima anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Relacio venerabilis Alberti de Zichlin Regni
Polonie Vicecancellarii.

Oryg. perg. w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 64. Pieczęć wraz z paskiem perg., na którym wisiała, odpadła. — Na odwrotnej stronie ręką współczesną: *1467 Iovis XXIII Iulii oblatum videlicet in actis per dominos E. Ieronimum de Curcz et Iohannem Cuglwayt — a niżej tą samą ręką: Domini vicarii castris dominis consulibus Ieronimo Curcz, Iohanni Cuglweyt et Bartholomeo Moczygardlo de Sandecz presens privilegium tradiderunt ad effectum intimatum prout in actis. W końcu ręką XVII. wieku: Productum coram dominis lustratoribus in Noua Sądecz anno 1624.*

LXXI.

W Krakowie 19. Maja 1468 r.

Kazimierz Jagiellończyk uwiadamia rajców i cechmistrzów nowosądeckich, że sprzedał wikaryuszom katedry krakowskiej podatek królewski z tegoż miasta w kwocie 10 grzywien rocznie za sumę 215 grzywien i poleca, by nadal wypłacono rocznie 10 grzywien tymże wikaryuszom aż do spłaty sumy sprzedaży.

KAZIMIRUS Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. providis magistris civium, consulibus magistrisque operariorum civitatis nostre Sandecz, fidelibus nostris dilectis, graciam nostram cum favore. Providi fideles nostri dilecti. Quia honorabilium vicariorum canonicalium ecclesie katedralis Cracouiensis maioris perpetuorum communitati devote nobis dilectorum post vendicionem censuum sedecim marcarum pro quingentis et quinquaginta florenis Ungaricalibus per nos in Sandecz ipsis vicariis pridie factam nunc iterum ex eisdem et aliis causis urgentissimis, prout in litteris nostris desuper habitis continetur, census decem marcarum comunium peccunie et numeri Regni nostri valencium pro ducentis et quindecim marcis monete numeri et valoris Regni nostri prefatorum de et ex censibus perpetuis introitibusque nostris nobis annuatim nostroque fisco Regio provenientius sub titulo iuste reempcionis bonaque fide omnibus illicitis, que viciarent huiusmodi contractum, cessantibus in civitate nostra prefata Sandecz de carnificibus, sutoribus, institoribus de albatorio alias blech, areis, domibus, agris, laneis, ortis, prediis, pratis, pascuis, piscinis, rubetis, humulariis balneoque superiori et inferiori, maleis alias hamri, prout in litteris huiusmodi resignacionis vendicionisque aliis continetur et ipsis eosdem designavimus et demonstravimus iuxta naturam huiusmodi contractus vosque ad huiusmodi census et introitus nostros illuc expressos provenientes universos designavimus et deputavimus et ad solvendum huiusmodi censum annum ipsi vicariis et eorum comunitati pro tempore nomine nostro singulis annis in quolibet festo sancti Thome apostoli incipiendo a proximo festo ipsius sancti presentibusque deputamus et committimus, prout in dictis litteris aliis huiusmodi contractus plenius continetur et habetur. Quocirca vobis auctoritate nostra Regia prefatis committimus et mandamus hortamurque habere volentes, quatenus huiusmodi census nostros memoratos singulos a prefatis censitis nostris, quosquidem presentibus ad solvendum in manus vestras successorumque vestrorum et nulli alii cogimus et subdimus, ad effectum hunc exigere huiusmodi a modo contractu durante dictis vicariis predictum censum decem marcarum singulis annis sine omni contradicione et dilacione in Cracouia

nostris impensis sub penis nostris Regalibus censurisque seu excomunicacionibus ecclesiasticis, quibus vos et successores vestros casu, quo negligentis aut remissi essetis, submitimus et submittimus solvere et portare cum effectu debeatis et teneamini, de reliquis censibus pro fisco nostro responsuri. De quibusquidem decem marcis nec non dampnis, quod absit, circa solucionem predictam incidentibus et impensis occasione premissorum necessario faciendis vos vestrosque successores quittamus exnunc prout extunc pro omni semper dacia et solucione huiusmodi census. Preterea vobis committentes graciae nostre sub obtentu, quatenus pro firmitate securitateque huiusmodi contractus et solucionis ipsis vicariis facienda vos sine omni excusacione cum communitate civitatis nostre prefate tanquam principales debitores prefatis cesuris (*sic*) ecclesiasticis debeatis subicere et inscribere eciam sub penis interdicti et literam super vos eisdem vestram sigillo civitatis munitam dare modo et forma per ipsos vicarios danda. Et nichilominus tibi magnifico Iacobo de Dambno Regni nostri Thezaurario, Cracouiensi et ipsius civitatis Sandeczensis Capitaneo aliisque capitaneis pro tempore existentibus eorumque vicesgerentibus inhibemus, ne tua Sinceritas tuique successores pro tempore quoquomodo audeas sive audeant de huiusmodi censuum exaccione et solucione dictarum decem marcarum et impedimentis quibuslibet se intromittere, quinimo intromissionem in hiis tam ipsis consulibus nomine prefato quam ipsis vicariis possessionem dare, quam et nos ipsis consulibus et vicariis damus et assignamus cum effectu, consignare dareque debeas et debeatis, secus facere non ausuri pro gracia nostra, nostrisque et nostrorum successorum litteris in contrarium datis sive dandis non obstantibus, quibus presentibus derogamus; quodque ipsa civitas litteris nostris presentibus se tueri debeat ac si penitus huiusmodi pretensa futura non essent impedimenta. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracouie in convencionem generali feria quinta post festum sancte Zophie anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Relacio venerabilis Alberti de Zichlin
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał perg. w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 65. Pieczęć, która była zawieszona na pasku perg., odpadła. — Na odwrotnej stronie: *Productum coram dominis lustratoribus in Nova Sądecz anno 1624.*

LXXII.

(W Nowym Sączu) 2. Grudnia 1468 r.

Jakób z Dębna podskarbi koronny, krakowski, sądecki starosta ogłasza wyrok sądu rozjemczego w sprawie Marcina i Jana braci z Przyszowy przeciw mieszkańcom nowosądeckim o zabójstwo ojca.

Iacobus de Dembno Regni Polonie Thezaurarius nec non generalis Capitaneus Cracouiensis Sandeczensisque etc. tenore presencium, quibus expedit, significamus, quomodo dudum inter nobiles Martinum et Iohannem ¹⁾ germanos de Przischoua ab una et concives civitatis Noue Sandecz ab altera vertente questione, que multo tempore tractata hactenus remanserat indecisa ob hoc, quod predicti germani tanquam actores contra ipsos concives pro capite patris ipsorum crebras inflixerunt querelas nedum coram nobis verum etiam coram serenissimo domino Rege nostro graciousissimo occasionem et mortis effectum ipsis impingendo, qui concives innocenciam facti variis allegacionibus et probacionibus inducebant et asserebant. Nos vero pacem partibus annuentes, ne dampna, expense, labores, fatiche, verum etiam rancores et discordie inter partes in vicinatu comorantes orerentur ²⁾, certos dominos in unum collegimus videlicet generosos ac nobiles dominos Przechlaum de Dmoschicze Capitaneum terre Sczipusiensis, Andream Pyenysezek de Cruslowa terre Cracouiensis Pincernam nec non Capitaneum castrorum Muschina et Czornstensis, volentes predictas dissensiones, lites et questiones ad pacis dulcedinem convertere tanquam mediatores et compositores per modum compromissi et consensus parcium suprascriptarum. Quiquidem domini auditis undique propositacionibus et responsis ipsos concives de morte patris ipsorum innocentes invenerunt, nichilonimus ipsi concives concordiam et pacem amplectentes ad expressum dominorum mediatorum fratres predictos filios Wirzbyentha certa summa peccuniarum contentaverunt et ipsos iam finaliter evaserunt sic, quod ipsi fratres una cum successoribus suis omnibus nullum penitus concivem pro patre qualitercumque occiso debent impedire, prout in actis Regalibus curie nostre id inviolabiliter observare se obligaverunt et tenere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum dominorumque predictorum tanquam mediatorum presentibus est subappensum. Actum et datum feria sexta proxima post Andree anno Domini M^oCCCCLxviii^o, presentibus ibidem generosis ac nobilibus dominis Wyernkone de Byelsko, Iohanne Wyelyepolsky

de Zabelcze, Petro Zawaczky, Thoma de Nawoyowa, Nicolao de Thongoborza heredi-
bus aliisque fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 66. Wszystkie trzy pie-
częci wraz z paskami pergaminowymi odpadły.

¹⁾ W dok. poniżej nr. LXXIV nazwano go Wierzbietą.

²⁾ Porównaj nr. LXXIV.

LXXIII.

We Lwowie 26. Marca 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza dokument Andrzeja Odrowąza ze Sprowy
z r. 1464.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad rei memoriam sempiternam. Gesta hominum in
tempore contingencia ex quo labilia sunt, ne simul cum tempore evanescant, sagax
humana provisio consuevit ea literarum apicibus et fidedignorum testimonio perhen-
nare, proinde nos Casimirus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie,
Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie nec
non Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. significamus tenore
presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam
habituris, quomodo nostre Maiestati per nobilem Franciscum de Dzewyanthyky oblata
peticio continebat in effectum, quatinus litteram ipsius granicierum sive limites et gra-
nicies per magnificum olim Andream Odrowansz de Sprowa Palatinum et Capitaneum
Russie generalem nobilemque Slappa Camerarium strenui Georgii Strumilo Succame-
rarii Leopoliensis sub sigillis eorundem sibi datam et largitam factosque, dispositos
et sippatos de innata nostre Celsitudinis clemencia ratificare, approbare et roborare
dignaremur. Cuiusquidem littere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje rozgraniczenie dokonane przez Andrzeja Odrowąza ze Sprowy w r. 1464
a umieszczone powyżej pod nrem LXVIII. Potem brzmi zatwierdzenie:

Nos itaque memorati Francisci de Dzewyanthyky petitionibus per ipsum
nostre Maiestati humiliter oblatis benigniter annuentes, eiuscemodi suam granicierum
introscriptam litteram, quam in semetipsa ac sigillis prefatorum Andree Odrowansch
olim Palatini Russie et Slape Camerarii generosi Strumilo Succamerarii Leopoliensis

sanam, salvam, integram, ac omni prorsus vicio carentem comperimus, de innata Celsitudinis nostre clemencia ratificamus, gratificamus, roboramus et approbamus tenore presencium mediante, decernentes ipsam robur perpetue obtinere firmitatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in Leopoli dominica Ramispalmarum anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Gregorio Archiepiscopo Leopoliensi, nec non magnificis, generosis et nobilibus Stanislao de Ostrorog Calischensi, Stanislao de Chotecz Leopoliensi Palatinis, Haliciensique et Camenecensi Capitaneo, Dobeslao Kmitha de Wysznycze Lublinensi, Dobeslao de Zyrawycze Premisliensi, Andrea Frydro Haliciensique Castellanis, Iohanne de Rythwyany Regni Polonie Marchaleo, Raphaele de Iaroslav Leopoliensi, Paulo Iaszenski Subdapifero Sandomiriensi, Chelmensique et Belzensi Capitaneis, Stanislao Skarzinsky, Ambrosio Pampowsky et Alberto Bielawsky aule nostre Notariis ac aliis quam plurimis fidedignis ad premissa. Datum per manus venerabilis Alberti de Zichlin Custodis Sandomiriensis, Gneznensis, Cracouiensis, Wladislawiensis et Poznaniensis ecclesiarum Canonici ac Regni Polonie Vicecancellarii sincere nobis dilecti.

Ad relacionem eiusdem venerabilis Alberti
de Zychlin Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy, własność prywatna. Pieczęć wraz z sznurkiem, na którym wisiała, oderwana.

LXXIV.

Na rokach królewskich w Sączu 27. Kwietnia 1470 r.

Jakób z Dębna kanclerz koronny, krakowski, sądecki, biecki i oświęcimski starosta poświadcza, że mieszczanie sądeccy zapłacili Marcinowi i Wierzbięcie z Przyszowy 24 grzywien w sprawie o zabójstwo ich ojca.

Iacobus de Dambno Regni Polonie Cancellarius necnon Cracouiensis, Sandecensis, Becensis et Osswancimensis etc. Capitaneus significamus tenore presencium universis et singulis tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris, quomodo nos cum ceteris dominis infrascriptis nobiscum presidentibus auditis litibus et gwerris habitis inter nobiles Martinum et Wyrzbyatam heredes de Przisowe¹⁾ ab una et dominos consules tota cum communitate civitatis Sandecz Nowe ab altera partibus pro capite dive memorie Wyrzbyante patris supradictorum Martini et Wyrzbyante

et (*sic*) exortis talem inter ipsas partes fecimus amicabilem, perpetualem et arbitralem compositionem lites et dissensiones inter eos parcium ambarum ex consensu et spontanea voluntate sedare cupientes propter perpetualem pacem. Cum tamen nos arbitri una cum prefatis fratribus considerantes dominos consules Sandecenses et ipsorum totam communitatem pro predicto capite olim patris ipsorum reos non tam, uti dicebatur, fuisse et esse considerantes, sed propter bonum pacis perpetue pretactis Martino et Wyrzbyante decrevimus, quia domini consules ipsis dare debent et pro presenti dederunt viginti cum quatuor marcas pecuniarum realiter et cum effectu obligantes se et cum suis legitimis successoribus nunquam et in evum pro pretacto capite impedire neque memorari quovismodo, compromittentes sepefatos dominos consules cum tota communitate tueri et relevare pro ipso capite a qualibet persona, secundum quod ad quam personam prescripcio condeperdet, nulla prescripcione aut diuturnitate ipsos dominos consules nec quovismodo excogitato evadendo, discedentes a suis districtibus, sed hoc, quod adinvenimus, imperpetuum sub vadio centum marcarum tenere et observare se obligantes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in curia Regali Sandecensi feria sexta ante Conductum Pasche anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, presentibus venerabili et generosis dominis Petro de Conyche Preposito Wladariensi et Officiali Sandecensi, Nicolao Campyenski, Iohanne Welepolski, Clemente Corzenski et aliis quamplurimis fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum Nowego Sącza nr. 68. Pieczęć zaginęła, pozostał tylko pasek.

1) Porównaj powyżej dokument nr. LXXII.

LXXV.

W Sączu 17. Grudnia 1470 r.

Jakób z Dębna kanclerz koronny, krakowski, sądecki, biecki i oświęcimski starosta poświadcza, że Wiernek z Bielska skwitował rajców sądeckich z wypłaty długu, jaki miał zapisany na domu Wojciecha i Katarzyny małżonków Dzieciołków mieszczan sądeckich.

Iacobus de Dambno Regni Polonie Cancellarius Cracouiensisque, Sandecensis, Becensis et Osswanczimensis etc. Capitaneus significamus tenore presencium, quibus

expedit universis, quomodo nostram et nobilis Andree Vchacz Iudicis nostri curie Sandecensis ad presenciam personaliter veniens generosus dominus Wernek de Byelsko palam et notorie recognovit, quia domini consules Sandecenses debitum, quod habuit super domo in acie in circulo eundo ad balneum iacente inscriptum de et super Albertum Dzanczolek et Katherinam ipsius consortem sibi plenarie et ex toto, realiter et cum effectum solverunt et satisfecerunt, nichil de cetero in supradicta domo unacum suis successoribus legitimis habens imperpetuum, prefatos dominos consules et ipsorum posteros pro predicto debito, quod Dzanczolek sua cum consorte sibi tenebantur, liberos faciens, omnes inscripciones, quas habuit super pretactum debitum et domum Dzanczolkonis et sue consortis, mortificans et anichilans, discedens a suis districtibus et iuribus quibusvis terrestribus una cum suis successoribus legitimis pro ipso debito silentium imperpetuum habere et tenere se obligans, nulla prescripcione ipsos evadendo. Si quispiam ipsos dominos consules pro supratacto debito impulsaverit seu impediverit, dominus Wernek tueri et intercedere obligatur hic circa acta curie Regalis Sandecensis et iudice respondere hancque inscripcionem ad acta iudiciaria civitatis Sandeczensis inducere obligans. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et datum in curia Sandecensi feria secunda post festum sancte Lucie anno Domini M^o quadringentesimo septuagesimo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 70. Pieczęć wraz z pa-
skiem pergaminowym, na którym wisiała, odpadła.

LXXVI.

We Lwowie 27. Kwietnia 1472 r.

Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, prosi Kazimierza Jagiellończyka, aby ze względu na ubóstwo miasta Lwowa umniejszył wysokość sumy nałożonej na nie tytułem podatków.

Serenissime Princeps et Domine Graciosissime! Poscente V. S. moderna et gravissima necessitate ipsam omnibus aliis quibuscunque rebus tam publicis quam privatis post habitis anteferre merito deberem, sed cogit me huius pauperrime civitatis V. S. miseranda condicio et extrema ipsius necessitudo apud V. S. humilibus oracionibus me esse interpretem. Deus novit me nullo ipsius favore extrinseco, nullis blandimentis motum et captum, sed sola intrinseca pietate esse miseritum et pro eo

eciam credo, quod V. S. magis benigne mea scripta accipere dignabitur, cum non proterva importunitate sed sincero pietatis affectu me id agere intelliget et maxime ubi veritas tam manifesta, ut non egeat aliquo argumento; propterea loqui aliud nisi veritatem in hac re suscepta coram V. S. non audeo, quia facile oppositum contra me ipsa rei vere experientia inveniret. Rogo igitur, Domine mi graciousissime, ut hanc civitatis istius Vestre miserandam condicionem modernam oculis pietatis graciose aspicere dignetur ipsa V. S. et huic V. S. quamvis gravissime hodiernae necessitati gracia huius pauperrime civitatis motum et decretum aliquo modo continere, ne in extremam egestatem atque desolacionem ipsius si tam rigide dicte necessitatis Vestre affectus et decretum contra eam venire et procedere videatur. Decrevit enim V. S. in ipsa et ab ipsa certam summam pecuniarum ratione exactionum V. S. dandam fore, ipsam tamen vere et iterum vere, ymo verissime in tam miserando populo exigere et colligere nequaquam eciam cum enuncione sanguinis, si ego ratione scio et intelligo, possunt. Longe enim alia condicio est ipsius pauperis civitatis hodierna quam ante annos duos fuit, licet et tunc satis debilis erat tamen utcunque vita aliquorum famosorum civium, qui iam morte sublatis sunt, adiuvabatur, quorum aliqui propriis, alii pecuniis alienis laborabant, quilibet tamen eorum non parum ad exactionem, dum per V. S. instituebatur, contulit adiutorii. Ille enim de propriis, quod debuit dedit, alter de alieno ere, quod non suum sed totum creditorum erat, ne vel honestatis vel fidei de se existimacionem minueret plus quam potuit ymo ultra vires suas, quamquam corde tristi leta tamen facie conferre ad exactionem videbatur. Neque ea vere dicerem nisi ipsemet vidissem quendam gloriosum civem et tunc ad consulatus apicem sed frustra aspirantem septuaginta florenos, qui neque huius mercii medieta-tem de propriis habere potuit, in carbana exactionis me presente proiecisit. Hodie, ut dixi, viri famosi tales et eciam propria habentes mortui sunt et si quid ultra ceremonias sepulcrales et testamenta pueris reliquerunt in partes distractum est parvulas, nequaquam hodie a pueris seu successoribus augeri sed potius minui et perdi videtur, quia pauperes iam facti et illud exile modicum, quod eis remansit, post tanta damna parentum suorum non audent in fortuna ponere propter viarum pericula gravissima. Magis volunt ad proprios focos sedendo de hoc modico utcunque poterint vitam pauperem ducere, quam omnia tam turpiter amittere. Rogo igitur humiliter V. S. et tanquam devotus capellanus V. S. fideliter consulo non dignetur V. S. eos nunc ista, ut proposuit V. S., certa summa ipsis vere gravissima et impossibili astringere sed iuxta aliarum civitatum lege ipsis imposita per duos grossos a qualibet marca dandos graciose dimittere, ut hac pietate et benignitate V. S. consolati uberius et opulencius in posterum V. S. occurere et servire voluntati possent. Datum Leo-

poli feria secunda ante Vitalis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Eiusdem Vestre Serenitatis capellanus
Gregorius Archiepiscopus Leopoliensis.

Z rękopisu bibl. uniwer. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 168(b)
— 169(a).

LXXVII.

We Lwowie 29. Kwietnia 1472 r.

Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, prosi Zbigniewa Oleśnickiego
o poparcie sprawy miasta Lwowa u króla.

Venerabilis Vir et Domine, Fautor Amantissime! Gaudeo, quod secundum virtutis Tue merita res felici alveo labuntur Tue et quod mea vota spe optima, quam semper de Tuis auspiciis habui, nunquam frustrata sunt neque Deo propicio unquam frustrari videbuntur. Parvum hoc rotulum quo dignus non existimatus, sed re vera fuisti ad illud Te maius in brevi devolvat et demum diademate sacratissimo feliciter coronabit duntaxat, ut cepisti pietatis atque caritatis in omnes et necessarios non obliviscaris, ex quibus et huius pauperrime civitatis licet tamen honestissime, quoad poteris, miseraris et pium Te eidem exhibeas et maxime in lectura literarum istarum, quas citissime manu propria pro eorum extrema necessitate ad serenissimum dominum nostrum Regem scripsi Tuo tempore splendidissimo addito eas colorando et indulcorando, ut pauperes Vestra pietate sic consolati perpetuos se sentiant Vestre Caritatis servitores. Vale feliciter et mei memor esto. Si quando Philippum ¹⁾ nostrum videris, rogo, ut nunquam sine bonis auspiciis eum intuearis aut etiam eius memineris, quoniam Te loco sui diligit atque amat. Iterum vale. Tempus esset, ut pro amore scripto meo realem (?) Tuum aliquando mihi remitteris; an forte desunt, qui Cra-couie iocalia vendunt? Certus sum, quod Tibi quadrans non desit, quo compares. Atque iterum vale mi Sbignee ²⁾. Ex Leopoli penultima Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Gregorius Archiepiscopus Leopoliensis.

Z rękopisu bibl. uniw. pragskiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 169 (b).

¹⁾ Prawdopodobnie Kallimach.

²⁾ Byłto zapewne Zbigniew Oleśnicki, który 1472. piastował urząd podkanclerzego (AGZ. VI. p.164).

LXXVIII.

We Lwowie 29. Kwietnia 1472 r.

Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, do nieznanego w sprawie miasta Lwowa.

Reverendissime Pater et Domine, Fautor et Pater Amantissime! Parum est sed fortasse gravissimum, pro quo V. R. P. exorare presentibus institui, sed respectis Vestre Pietatis levissimum existimavi. Si enim pio et sincero corde ad huc, ut olim ex ore V. R. P. audivi hanc licet pauperimam tamen honestissimam civitatem, que V. R. P. in iuventutis flore nutrit et educavit, respexerit et delexerit, nichil res ea gravitatis aut difficultatis habere poterit, eiam, si extreme necessitati subiacere videatur et agendis rebus Serenissimi domini nostri Regis aliquid utilitatis afferre omnia ista benignissima pietas V. R. P. sic moderne poterit, ut et Regie Maiestatis hinc moderne et gravissime necessitati pro viribus ipsius civitatis, matris Vestre, succurratur et ne ipsa pia parens Vestra egestatis hodiernae egritudine laborans perire videatur, sed R. P. unico atque piissimo patrocinio iam fere omnibus viribus destituta et desolata convalescere valeat et letari ac pro sanitate longa et felicissima V. R. P. Deum misericordissimum iugiter exorare. Nam et si V. R. P. iam ab alia matre nobilissima, ditissima et ubertissima adoptata sit, hec tamen felicissimis Vestris rebus nequaquam invidet, sed mente sincerissima gaudens tantummodo dolet se talem filium ammodo nunquam parituram neque nutrituram. Vero igitur unacum et saluberrimum vite sue solacium Vos pium patrem et patronum benignissimum hodie toto corde et mente devota invocat, implorat et obsecrat, ut hodiernae sue egestatis V. R. P. misereri dignetur ei, qui apud Serenissimum dominum nostrum Regem benignum hodie se ponere adiutorem et patronum attendendo non eam ei, ut olim esse facultatum ubertatem cum sibi non modo in omnes partes viae clausae sint, sed et si alicubi fortune se tradunt sine gravissimis damnis et multi omnibus bonis spoliati vix miserandum ad propria reportant. Sileo alios paucos tamen ex multis, quos ego vidi temporibus istis meis, multa dampna publice passos et bonis ubertissimis spoliatos; memorabor famosissimorum virorum dominorum Czornberk et Zindrich bona gravissimi ponderis atque precii in Galata arestata venerunt, in Valachia autem dominorum Fredrici, Iun, Abrek, Mielasch, Bura, Schirmar et multorum aliorum paucorum virorum bona ultra triginta milia recepta et perdita sunt. Nec spes aliqua recuperandi esse potest, cum nullus est, qui se interponat pro pauperibus hominibus sic gravissi-

me oppressis et destructis. Multi et alii sunt et quasi infiniti in diversis partibus bonis eorum spoliati, hodie alii hostiatim mendicant panem, alii in hospitali letam mortem sibi venire invocant et nullus est, qui eorum misere egestati succurrere et consulere posset. Longam V. R. P. descripsi elegiam, sed necessitas rei tam miserande cencies postulat longiorem. Valeat V. R. P. et me, ut solita est, amet. Rogo, ut eius amoris in signum aliquid pro remoto et memoriali michi V. R. P. mittere dignetur. Iterumque valeat V. R. P. Ex Leopoli penultima Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Gregorius Archiepiscopus Leopoliensis.

Z rękopisu bibl. uniwersyteckiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 169 (a-b).

LXXIX.

W Nowem Mieście Korczynie 16. Września 1472 r.

Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza dokument Mikołaja Treutla z 16. Grudnia r. 1409.

IN NOMINE DOMINI AMEN. (*Ad*) perpetuam rei memoriam. Nos Casimirus Dei gracia Rex Polonie nec non Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, magnus dux Litwanie, Culmensis, Elbingensis et Pomeranie, Russie Prussieque terrarum heres et dominus significamus tenore presencium universis quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo in nostra et nostrorum consiliariorum constitutus presenciam famosus Stanislaus Herth, civis noster de Sandecz et scoltecus in villa Falikow, allegavit quomodo fures domestici litteram super dicta sua scoltecia sibi abstraxerunt atque copiam huiusmodi privilegii abstracti fide dignorum testimonio comprobata et quondam cum originali collacionatam coram nobis reproduxit, cuius tenor copie sequitur et est talis:

Tutaj następuje dokument Mikołaja Treutla z dnia 16. Grudnia 1409. oddrukowany powyżej pod nrem XVI, poczem brzmi potwierdzenie:

Quamquidem copiam sic coram nobis fide dignis testibus comprobata, ratam, gratam habentes non minoris firmitatis ac si ipsius verum originale, tanquam perditum non fuisset, in omnibus punctis et articulis decernimus robur obtinere perpetue firmitatis. Harum sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio littera-

rum. Actum in Noua Civitate Corczin feria quarta post festum Exaltacionis sancte Crucis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, presentibus ibidem magnificis et generosis Derslao de Rytwiani Palatino Sandomiriensi, Dobeslao Cmytha de Vyschnycze Lublinensi, Iohanne de Tharnow Voyniczensi, Stanislao Vantropka de Strzelcze Sandeczensi Castellanis pluribusque fide dignis testibus ad premissa. Datum per manus magnifici Iacobi de Dambno Regni Polonie Cancellarii et Capitanei Cracouiensis nobis sincere dilecti.

Relacio pretacti magnifici Iacobi de Dambno
Regni Polonie Cancellarii et Capitanei Cracouiensis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Nowego Sącza nr. 71. Na czerwonym jedwabnym sznurku zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta większa pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie napis: *Productum coram DD. Lustratoribus in Sądecz diebus Novembris anno 1617.*

LXXX.

W Pyzdrach 17. Grudnia 1474 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala Felixowi z Paniowa dworzaninowi swemu wykupić z rąk Jana z Pilczy kasztelana krakowskiego zamek i miasto Żydaczów z przyległościami i zapisuje mu na tych dobrach 3603 zł. węg.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Litwanie, Russie,
Prussie dominus et heres etc.

Significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo perpendentes fidelia servitia ac merita, quibus nobis nobilis ac generosus Felix Curiensis noster fidelis dilectus de Panyewo a multis retroactis annis multum commendatus extitit servivitque et in hacthenus famulari ac servire nihil desinit, horum igitur servitorum ac meritorum intuitu volentes ipsum reddere consolatum et ad servitia nostra efficere promptiorem, sibi bona nostra Regalia castrum videlicet Zidaczov cum oppido et villis ipsi adiacentibus, ac eorundem censibus, fructibus, redditibus, proventibus, curiis, areis, ortis, pomoriis, agris, pratis, campis, arvis, graminibus, graminetis, pascuis, sareptis, silvis, boris, gagiis, nemoribus, mericis, mellifitiis, rubetis, dumetis, venacionibus, aucupationibus, fluviis, fluminibus, lacubus, stagnis, piscinis, piscatoriis, torrentibus,

litoribus, rivis, rivulis, aquis et earum decursibus, molendinis aquaticis et ventilibus factis et fiendis cum eorum emolimentis et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, pertinentiis, attinentiis, coherentiis et obventionibus generaliter universis, que sunt et quibuscunque censeantur nominibus, de manibus magnifici Ioannis de Pyleza Castellani Cracouiensis eorundem tenutarii, sincere nobis dilecti, in summa trium millium sexaginta trium florenorum Vngaricalium per nos sibi obligatorum eximere et exolvere admisimus, consensimus admittimusque ac nostrum ad id Regium prestamus consensum, et nihilominus predictam trium millium florenorum summam in dictis bonis nostris inscribimus, demonstramus, damus et assignamus presentium per tenorem sibi et eius successoribus legitimis tenendum, habendum, utifruendum pacifficeque et quiete possidendum cum omni iure et dominio et proprietate ita longe, late, prout ipsa bona circumferencialiter sunt limittata et distincta et prout eadem preffatus Ioannes Castellanus tenuit, habuit et inhactenus possedit, tamdiu quousque preffatam trium millium et sexaginta florenorum summam per nos vel successores nostros preffato Foelici aut eius successoribus legitimis plenarie fuerint persolute ¹⁾ et in toto. Quibus persolutis predictorum bonorum possessio ad nos et ad successores nostros reddibit pleno iure; stacionibus nostris Regalibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappenssum testimonio literarum. Datum in Pysdry Sabbato post festum sancte Lutie proximo anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Sbigneus Episcopus subscripsit.

Relatio reverendi patris domini Sbignei
Episcopi Vladislaiensis ac Regni Polonie
Vicecancellarii.

Oblatowano z oryginału pergaminowego w *Castr. Leop.* t. 329 str. 185 na roczkach:
„*Actum feria quarta post dominicam Misericordia proxima anno Domini 1555*“ (1. Maja).

¹⁾ *Preffatam summam fuerint persolute*, wadliwa konstrukcyja.

LXXXI.

W Przemyślu 5. Marca 1476 r.

Jakób z Cieszacina sędzia i Rafał z Prochnik podsędek ziemscy przemyscy poświadczają na dniu 15. Stycznia 1499, że w aktach ziemskich znajduje się zapis pewnej posiadłości przemyskiej odstąpionej przez Małgorzatę Kundratową władycę Iwonowi na dniu 5. Marca 1476 za sędziostwa Marcisa z Morawska a podsękostwa Mikołaja Chleba z Sennowa.

Nos Iacobus de Czyeschaczyn Iudex et Raphael de Prochnyk Subiudex terrestres Premislienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo olim generoso Marcissio de Morawsko Iudice et Nicolao Hlyeb de Sennaw Subiudice Premisliensibus, aduc in humanis agentibus, tandem ad eorum presenciam veniens personaliter honesta Margaretha alias Marena Cundrathowa de suburbio castrensi Premisliensi cum suis pueris Blasio et Dorothea libere recognoverunt, quia honorabili Ivone (*sic*) alias Ivan Wladice Premisliensi et suis successoribus omnia bona in dominio ipsius Wladice iacentia ad eclesiam Ruthenicalem foundationis sancti Mykula in suburbio Premisliensi sitam pertinentia, ad ipsam Margaretham iure propinquitatis post mortem et manum mortuam olim discreti Drobysch Bodenka eiusdem eclesie rectorem (*sic*) et plebanum devolutam cum omni iure, proprietate et dominio, nichil iuris, proprietatis et dominii pro ipsis Margaretha, Blasio et Dorothea alias Thatarka in ibidem penitus reservando, pro quindecim marcis pecunie comunis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, perpetue et in ewum ac irrevocabiliter vendiderunt et resignaverunt et . . . ¹⁾ propinquitatem dictorum bonorum sibi Wladice resignaverunt alias odsthapyly. Et recognoverunt prefati Margaretha, Blasius et Dorothea, quia eis prefatus Vladica pro predictis bonis et predictis quindecim marcis satisfecit. Et super hec memoriale positum est, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonio sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Acta sunt hec Premislie in terminis particularibus condemnabilibus feria tertia post Invocavit proxima anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, presentibus ibidem magnifico, generosis et nobilibus dominis Andrea Fredro de Plyeschovycze Palatino et Capitaneo Podolyensi generali, Herbort de Lozow, Paulo Marzecz de Czemyernycze, Iohanne Lyschakowsky, Hyndrych et Iohanne Fredro de Plyeszovycze, Iohanne Podlyescheczsky, Alexandro Orzechowsky et aliis quam pluribus fide dignis circa premissa. Datum vero

Premislie feria tertia proxima post octavas Epifaniarum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.

Oryginał perg. w jednym miejscu uszkodzony w bibliotece gr. kat. kapituły w Przemyślu pod sygn. B. 4. Z dwóch pieczęci na paskach zawieszonych pozostała tylko pierwsza na ciemno-zielonym wyciśnięta wosku. Herb i napis w otoku w skutek uszkodzenia nieczytelne.

¹⁾ Dziura w pergaminie mogąca objąć z 5 liter.

LXXXII.

W Czchowie 3. Lutego 1477 r.

Jan Bohun z Dunoszy sędzia i Jan z Pielgrzymowic podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że Mikołaj Wiernek z Bielska zapisał swej żonie Zdziechnie Stadnickiej 150 grzywien posagu i 250 grz. wiana.

Nos Iohannes Bohun de Dvnossy Iudex et Iohannes de Pyelgrzymowycze Subiudex terre Cracouiensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo coram nobis aut nostris certis camerariis in nostro iudicio veniens personaliter strenuus ac nobilis Nicolaus Wyerneck de Byelszko heres, sanus mente et corpore existens, non compulsus nec coactus sed de libera voluntate centum quinquaginta ratione dotis et ducentas quinquaginta ratione dotalicii marcas pecuniarum monete Cracouiensis et numeri Polonici in et super tota medietate omnium bonorum suorum hereditariorum nunc in Byelszko, Vroczymyrowa ¹⁾, Lanczne ²⁾, Iacubkowycze ³⁾, Lyczanka ⁴⁾, Byala ⁵⁾, Maleyowka ⁶⁾ et in Cruzlowy ⁷⁾ thaberna habitorum et ex post habendorum ubicumque nobili Zdzychne consorti sue care, filie nobilis Sbignei de Stadniky, in totum dedit, donavit, contulit et cum effectu iudicando iudicialiter assignavit, per ipsam dominam Zdzychnam dictas centum quinquaginta dotis et ducentas quinquaginta dotalicii marcas pecuniarum supra dicta medietate prefati mariti sui cum omni iure et toto dominio, utilitatibus, fructibus, censibus, laboribus, redditibus, incolis, areis, domibus, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, gagiis, rubetis, borris, mellificiis, aquis, fluviiis, fluminibus, torrentibus, lacubus, piscinis, molendinis, rippis et universis ac singulis pertinentiis, quibuscumque dicantur nominibus, ad eandem medietatem quomodolibet spectantibus, nichil in eadem penitus excludendo, tenendum, habendum, utifruendum et iuxta consuetudinem diutius in Regno Polonie tentam more dotum et dotaliciorum

ubilibet possidendum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Acta in Czchow feria secunda in crastino gloriose virginis Marie Purificacionis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, presentibus his testibus nobilibus Ianussio de Yezow, Iohanne de Woynarowa, Iohanne de Wythovycze, Raphaele de ibidem, Petro de Szyradskye et Stanislao de ibidem heredibus et aliis pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 72. Obie pieczęci wraz z paskami pergaminowymi, na których wisiały, zaginęły.

¹⁾ Bilsko z Rozmirową wieś w starostwie nowosądeckiem. ²⁾ Wsi tej nie mogłem odszukać. ³⁾ Jakubkowice do Łososiny Dolnej wieś w starostwie nowosądeckiem. ⁴⁾ Łyczanka do Wronowic wieś w starostwie nowosądeckiem. ⁵⁾ Biała do Bilska wieś w starostwie nowosądeckiem. ⁶⁾ Malejowa wieś w starostwie myślenickiem. ⁷⁾ Kruźlowa (Niżna i Wyżna) wieś w starostwie grybowskiem.

LXXXIII.

W Przemyślu 1. Marca 1477 r.

Mikołaj Bylina z Krzyszkowic, kanonik i officyał przemyski, transumuje dokument Andrzeja z Pomorzany, wydany w Przemyślu 25. Listopada 1461 roku.

In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus Bilina de Crzeschkouicze Canonicus Vicariusque in spiritualibus et Officialis ecclesie Premisliensis generalis, notum facimus universis et singulis presentes nostras literas seu presens publicum transumptum instrumentum inspecturis, quomodo constitutus coram nobis circumspectus Clemens civis Premisliensis et dominorum consulum de ibidem causarum omnium legitimus procurator quoddam privilegium foundationis hospitalis Premisliensis generosi et nobilis domini Andree de Pomorzany et tenutarii ville Regie Maiestatis Manczikouicze non viciatum, non abrasum, non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum, sed prorsus omni vicio et suspitione carens, sigillo vero eius rotunde figure, intus de viridi, ab extra de alba ceris in pensula seu zona ex filis sericeis mixtis videlicet nigro et rubeo serico composita comunitum coram nobis tunc iudicialiter presidentibus reproduxit, declarans, quod memorati privilegii transsumptum versus Leopolim certis iudicibus presentare debent. Unde quia sicut allegavit, quod propter viarum discrimina et infelices eventus ipse litere originales interdum sunt faciles ad rumpendum ferique non possunt sine timore maximo, petens instantius, ut privilegium hoc in publicam formam transsumi, transscribi et publicari mandaremus decretumque nostrum ac potestatem nostram ordinariam ad id apponere dignaremur. Cuius privilegii tenor talis fuit:

Tu następuje dokument Andrzeja z Pomorza z r. 1461. oddrukowany powyżej pod nr. LXIII. Poczem transumt brzmi dalej:

Nos igitur attendentes petitionem prefati Clementis procuratoris consulum fore iustam et rationi consonam, huiusmodi privilegium per notarium publicum infrascriptum transscribi, transsumi, copiari et exemplari de verbo ad verbum, nihil addendo vel minuendo, quod sensum mutaret vel vitiaret intellectum, fecimus et mandamus volentes et decernentes, quod transsumpto huiusmodi in omnibus sicut literis originalibus predictis in iudicio et extra fides plenaria adhibeatur. Quibus omnibus et singulis nostram auctoritatem, qua fungimur, interposuimus et decretum. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presens transsumpti publicum instrumentum per notarium publicum infrascriptum causarum ac facti huius coram nobis scribam scribi et publicari mandavimus nostrique sigilli appensione iussimus comuniri. Actum et datum Premislie sub anno Domini 1477, inditione et pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia Pape quarti anno ipsius sexto, die vero Lune, prima mensis Marcii, hora tertiarum, in domo habitationis nostre presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Iacobo Vicario perpetuo, Paulo artium Baccalaureo schole Premisliensis, Benedicto et Ioanne Caspari Notariis publicis, Ioanne Cobilino Notario castri Premisliensis, Mathia Rogalka Clerico et Michaele Barzi incola de Premislia et aliis pluribus testibus ad premissa vocatis et rogatis.

S. N.

Et ego Nicolaus Mathie de Brzozow, Clericus Premisliensis diocesis, imperiali auctoritate Notarius et coram memorato venerabili domino Nicolao Canonico Vicarioque in spiritualibus et Officiali ecclesie Premisliensis generali causarum ac facti presentis scriba, quia predicti privilegii exhibitioni, lectioni et decreti interpositioni presentis transsumpti et aliis omnibus et singulis premissis una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi et ad mandatum sepefati domini Officialis in hanc formam publicam transsumens redegei, nihil addito vel diminuto, quod sensum mutet et viciet intellectum sigilloque domini iudicis et nomine ac signo meis in fidem et testimonium premissorum roboravi rogatus et requisitus.

Według kopii nadesłanej przez p. M. Błażowskiego z Przemyśla.

LXXXIV.

We Lwowie między 1451 a 1477 r.

Grzegorz z Sanoka pozwala Leonardowi Ormianinowi z Galaty ożenionemu z Katoliczką przebywać w dyecezyi lwowskiej.

Gregorius Dei gracia sancte Leopoliensis ecclesie Archiepiscopus provido viro Leonardo Armeno de Turchia alias de Galatha salutem in Domino. Allegasti coram nobis patrem tuum quandam paganam de genere Tartatorum comparatam et in fidem nostram Catholicam ac sancte Romane ecclesie, matris nostre, ritum baptisatam, te eandem in uxorem duxisse nobisque humiliter supplicasse, ut tibi cum eadem in nostra diocesi libere manere absque omni impedimento permetteremus vel potius eandem tuam cum eadem muliere Christiana mansionem tollerarem. Nos licet noverimus hanc tuam mansionem in dispari cultu et maxime in hac nova fidelium hic plantacione non bene congruentem, tamen attendentes dictum apostoli, infidelem virum per mulierem fidelem salvari, fiduciam de hoc in Domino habentes et bonam spem et maxime conscientie tue promissis inhabentes, quibus coram nobis et fratribus nostris venerabilis videlicet capituli Leopoliensis pollicitus es dictam mulierem Margaretham nomine, quam nunc loco uxoris tenes, nunquam ad ecclesiam Armenicam aut Rutenicam ac quamcunque aliam extra fidem Catholicam et Romanum ritum existentem compellere nec sponte volentem frequentare permittere nec aliquos ritus Armenicos et eorum condiciones vel leges tam in sacramentis quam in cibis, potibus, ieiuniis, festivitibus vel ritibus ac aliis quibuslibet Armenorum cerimoniais facere ac permittere, servare ac tenere, dumtaxat ritum et formam Christiane religionis ac sancte Romane ecclesie in omnibus eandem in fide sancta Catholica quam in baptismo suscepit, observare et observari facere sicut alii Christifideles observant et faciunt, nisi tibi vel ipsi mulieri aliqua conversacionem cum Armenis eidem mulieri concernentia et saluti anime eius non nociva fortasse specialiter essent a nobis indulta; item ex eo, quod similiter pollicitus es et teneris omnes pueros sive masculos sive femellas, quos ex eadem muliere vel suscepisti vel in posterum suscipias omnes et singulos in fidem sanctam Catholicam ac ritum Romanum ecclesie facere baptisare prout et de prioribus pueris te fecisse asseruisti. Ea igitur attendentes et fiduciam in Domino bonam de profectu et salute tuis habentes tibi cum dicta muliere taliter, ut pollicitus es et superius expressum est atque sine contumelia Salvatoris nostri Domini Ihezu Christi permittimus in diocesi nostra ubicumque placuerit commorari, consuetudine quacumque

in contrarium non obstante. Datum Leopoli ¹⁾ etc. anno etc., nostro annulari sigillo presentibus subimpresso.

Z rękopisu bibl. uniwersyteckiego: *Copiarium Dipl. Przemislaeum* VI. A. 7. p. 185(a).

¹⁾ W piśmie tem nie zachodzą żadne dane, któreby nam pozwoliły bliżej oznaczyć datę jego, jak tylko w ogóle na czas arcybiskupstwa Grzegorza t. j. na lata pomiędzy 1451 a 1477.

LXXXV.

We Lwowie 19. Lutego 1478 r.

Rafał z Jarosławia marszałek koronny i starosta lwowski uwalnia na mocy przywilejów królewskich poddanych dziekana lwowskiego od wszelkich robót koło zamku lwowskiego.

Nos Raphael de Iaroslaw Marsalcus Regni Poloniae et Capitaneus Leopoliensis significamus tenore praesentium, quibus expedit universis harum noticiam habituris, quod cum superioribus annis ex mandato serenissimi principis domini Casimiri Regis Poloniae etc. antemurale alias Parkan circa castrum Leopoliense superius aedificabamus per cunctos homines, cmetones et subditos ipsi castro subiacentes ac de singulis villis nobilium terrigenarum et Regalibus ipsis quoquomodo ¹⁾ obligatis, ipsorum cmetonum ad id accedente auxilio, tunc etiam et homines seu incolas in suburbio Leopoliensi ad id faciendum coegimus; inter quos etiam homines domini Decani Leopoliensis, qui pro praedicto decanatu ²⁾ sunt dotati per Reges et Principes ad id adstringere volebamus. Qui cum suo domino Decano videlicet domino Michaele de Glochowcze ³⁾ ad nos venientes reproduxerunt iura et munimenta, quibus simpliciter et directe sunt excepti ab omnibus laboribus et gravaminibus quibuscunque angariis. Nos itaque inspectis ipsius Decani literis sanis, salvis et omni prorsus vitio carentibus, ipsos ab huiusmodi labore liberos dimisimus et praesentibus dimittimus nec eos per amplius ad quoscunque labores castrum eiusdem quocunque nomine vocitentur adstringere volumus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et datum Leopoli feria quinta post Reminiscere anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Oblatowano z transumtu Zygmunta Augusta wydanego w Piotrkowie 17. Stycznia 1559 r. w *Castr. Leopol.* t. 390 str. 616 na roczkach: „*Sabbatho post dominicam Conductus Paschae proximo* (7. Maja) anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo nono. W t. 610. str. 1821 ksiąg

tegoż grodu oblatowano powyższy dokument po raz drugi z transumtu Jana Kazimierza wydanego we Lwowie 19. Sierpnia 1653 r. na roczkach: „*Feria secunda post dominicam Reminiscere quadragesima proxima videlicet die 12 mensis Martii anno Domini 1770*“.

¹⁾ W kopii: „*quoquo*“.

²⁾ W kopiach: „*decimatu*“.

³⁾ Głuchowice z Kaczanami wieś w starostwie lwowskiem.

LXXXVI.

W Nowym Sączu 15. Maja 1479 r.

Jakób z Dębna kasztelan i starosta krakowski, sądecki, biecki poświadcza, że spadkobiercy Piotra młynarza sprzedali Mikołajowi Szczepanowskiemu dochody z młynów za murami Nowego Sącza położonych za 400 grzywien.

Iacobus de Dambno Castellanus ac Capitaneus Cracouiensis, Sandeczensis, Beczensis etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, quomodo ad presenciam nostram venientes Nicolaus filius Petri molendinatoris pie memorie unacum sororibus suis germanis videlicet Margaretha et Zophia tamquam veri heredes et legitimi successores amborum molendinorum extra muros civitatis Nove Sandecz iacencium alias tercię partis metretarum de omni grano molito et molendo eveniencium possessores et omnium aliorum emolimentorum de parte tercię participatores, habentes plenam rationis etatem, non coacti neque compulsi, sed spontanea voluntate et matura deliberacione recognoverunt, se vendidisse de et cum consensu omnium amicorum suorum supramemoratam terciam metretarum partem cum aliis omnibus emolimentis dictorum molendinorum ad eos quomodolibet spectantibus et iure successione ad eos post mortem patris devolutis cum omnibus iuribus, modis et proprietatibus, nichil excipiendo, prout ex antiquo eorum antecessores tenuerunt (*possederunt, habuerunt*) et receperunt ¹⁾ iuxta pleniorę capitalis litterę ac privilegii de super ²⁾ declaracionem genero suo ³⁾ Nicolao Szczepanowsky advocato et burgrabio ⁴⁾ pro quadringentis marcis monete et numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam (*computando*). Quamquidem molendin(*orum*) ⁵⁾ et omnium aliorum emolimentorum proprietatem ⁶⁾ sic venditorum ipse Nic(*olaus*) ⁷⁾ tamquam veri heredes recepta coram ⁸⁾ aliis terrigenis infrascriptis a ⁹⁾ quadringentiarum marcarum solucione a dicto domino (*Nicolao*) Szczepanowsky et satisfaccione ¹⁰⁾ Szczepanowsky et suis posteris iure hereditario ¹¹⁾ omnibus

proprietatibus ad terciam partem¹²⁾ et aliorum emolimentorum ad ea quomodolibet spectantium nichil excipiendo in perpetuum resignaverunt¹³⁾ sibi omnimodam potestatem ac suis successoribus tenendi, habendi, utifruendi, possidendi, vendendi¹⁴⁾ beneplacita convertendi. Ad que omnia et singula¹⁵⁾ partes videlicet venditor et emptor a nobis¹⁶⁾ nostri officii annuenciam et consensum. Nos vero nostre et auctoritate serenissimi principis et domini domini Kazimiri Dei gracia Regis domini nostri graciousissimi videntes ea licita fieri et congrua et nomine officii nostri ad omnia consensimus, pactum fori ratificando, approbando et perpetuis temporibus tenendi confirmando, presentibus ibidem generosis ac nobiles dominis Petro de Zawada Viceprocuratore nostro et capitaneatus eiusdem, Iohanne de Wyelyepolye, Iacobo Thele de Panyow aliisque fidedignis ad ea vocatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in curia Regali civitatis Nowe Sandecz (*Sabbatho*) in die sancte Zophie anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 69; skutkiem wilgoci bardzo nadpsuty. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy.

¹⁾ Kilkanaście liter zniszczonych. ²⁾ Kilka liter zniszczonych. ³⁾ Kilka liter zniszczonych. ⁴⁾ Kilka liter zniszczonych. ⁵⁾ Pięć do sześciu wyrazów zniszczonych. ⁶⁾ Kilka liter zniszczonych. ⁷⁾ Cztery do pięciu wyrazów zniszczonych. ⁸⁾ Kilka liter zniszczonych. ⁹⁾ Kilkanaście liter zniszczonych. ¹⁰⁾ Kilkanaście liter zniszczonych. ¹¹⁾ Parę liter zniszczonych. ¹²⁾ Kilkanaście liter zniszczonych. ¹³⁾ Kilkanaście liter brakuje. ¹⁴⁾ Kilka liter zniszczonych. ¹⁵⁾ Kilkanaście liter zniszczonych. ¹⁶⁾ Jeden lub dwa wyrazy zniszczone.

LXXXVII.

Na sejmie Piotrkowskim 6. Czerwca 1479 r.

Kazimierz Jagiellończyk przyjmuje nadal w służbę wojskową Muszyńskiego razem z jego drużyną, zobowiązując się płacić mu za każdego pieszego po 5 złotych węgierskich kwartalnie i obiecując zarazem wynagrodzić go za każdą stratę lub niewolę, na którąby się naraził w służbie królewskiej.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux
Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc.

Significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quia nobilem Muschinski servitorem nostrum cum ipsius comitiva in septuaginta et quatuor peditibus in servi-

cium nostrum suscepimus et suscipimus per presentes, quodquidem servicium ipsi incipiet et transibit ab expiratione ultimi servicii eiusdem; cui super quemlibet peditem per quinque florenos Hungaricales ad quartale anni dare et solvere debemus ac in verbo nostro Regio promittimus ac pollicemur. Stamus insuper eidem pro captivitate et dampnis, quecumque iuste et legitime in ipso nostro servicio perceperit aut perpressus fuerit. Harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio litterarum. Datum in convencionem Pyotrcouiensis generali die Dominica festi sancte Trinitatis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Stanislai de Curozwanki Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał papierowy własność hr. J. Szeptyckiego z Przyłbic. Pieczęć z czerwonego wosku, wyciśnięta na papierze, całkowicie się wykruszyła.

LXXXVIII.

W Piotrkowie 8. Czerwca 1479 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala piekarzom lwowskim sprzedawać chleb w mieście cały tydzień, innym zaś osobom tylko we wtorki i soboty.

Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae etc. dominus et haeres significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, quod cum superioribus annis intelleximus pistoros nostros Leopolienses in ipsorum iuribus et libertatibus per quosdam homines intra et extra civitatem Leopoliensem consistentes propinatione et venditione panum insolitis turbare et iniuriari, id curae nobis erat et sollicitudinis, ut id, quod praeiudicio et iniuria pistorum praedictorum nostrorum fieri videbatur, delatum fuisset et ad statum iustum et debitum reduceretur, feceramus profecto certam contra homines praescriptos, qui in venditione panum eiusmodi ita remissi erant, ut proventus nostri, quos ex pistoribus praefatis habemus, diminui videbantur nostris literis prohibitionem, ne quispiam illorum panes praefatos praeter pistoros eosdem sub paenis certis insuper institutis vendere quoquomodo ausu fuisset. Quae quidem prohibitio, licet per certum tempus firma et inviolabilis teneretur, protracta tamen et in diuturnitate temporum in oblivionem fere deducta, (ut hodie praefati pistoros coram nobis exposuere) homines suprascripti, qui ipsis priori tempore iniuriati fuerunt aliique novi quam plures panes siliginaceos et triticeos pro-

venditione exponunt, iura pistorum ipsorum non mediocriter perturbantes. Volentes itaque iniuriae et praeiudicio pistorum eorundem occurrere et iura ipsorum in suo statu relinquere statuimus et decernimus, concedimus ipsis duntaxat et non aliis plenariam et liberam panes quoscunque, nonnisi tamen de farina bene tribata et purgata alias szolowaną¹⁾ pistandi illisque singulis diebus pro necessitate civitatis praemissae Leopoliensis illiusque incolarum intra et extra consistentium vendendi et propinandi facultatem, exceptis duntaxat duobus diebus fori feria tertia et sabbatho, quibus licebit et ipsis, ut supra expressum est, et hominibus quibuscunque venditionem panum duntaxat siliginaceorum vendere. Aliis vero diebus venditionem ipsam volumus prohibendam esse prohiberique deberi et prohibemus tenore praesentium sub paena unius sexagenae pecuniarum pro fisco nostro Regio exigenda et conservanda panumque, qui contra praesentem nostram prohibitionem in venditione comperti forent, amissione, quos pro hospitali pauperum dandos esse volumus praesentibus ad bene placitum nostrum alias nostrum proximum et felicem in Leopolim adventum duntaxat duraturum. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in conventionem generali Petricouensi feria tertia post festum sancte Trinitatis anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit.

Relatio venerabilis Stanislai de Curozwanky Regni Poloniae Vicecancellarii.

Oblatowano w *Castr. Leop.* t. 388 str. 500 z transumtu Władysława IV. wydanego we Lwowie 17. Października 1634 r. na roczkach: „*Sabbatho post dominicam Exaudi proximo anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo*“ (30. Maja) a w *Castr. Leop.* t. 392 str. 488 z tegoż transumtu na roczkach: „*Sabbatho post dominicam Iubilate proximo anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo*“ (27. Kwietnia).

¹⁾ W kopii oblatowanej w r. 1641: „*szrotowana pitlowana*“.

LXXXIX.

W Piotrkowie 19. Lipca 1479 r.

Kazimierz Jagiellończyk zapisuje Szczęsnemu z Paniowa staroście żydaczowskiemu
100 zł. węg. na Żydaczowie i wsiach przynależnych.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie,
Russie Prussieque etc. dominus et heres.

Significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo attendentes fidelibus servitiis, quibus generosus Szczęsny de Panyewo Capitaneus Zidaczouiensis fidelis noster dilectus Magestati nostre iam longe placere studuit et existit specialiter commendatus, horum itaque intuitu volentes eum reddere consolatum et specialibus prosequi favoribus, sibi centum florenos Vngaricales in et super bonis nostris Regalibus Zidaczow¹⁾ et villis ad ea pertinentibus ex antiquo in terra Leopoliensi sillis, tenute ipsius, dedimus et inscripsimus damusque et inscribimus tenore presentium mediante per ipsum Szczęsny et suos successores legitimos bona eadem cum omni iure et dominio alias iuxta vim, effectum et continentiam aliarum literarum per nos sibi desuper datarum tenendum, habendum, utifruendum pacifficeque et quiete possidendum et optinendum usque ad predictorum centum florenorum et aliarum summarum eidem Szczęsny perprius inscriptarum plenariam exolutionem. Qua habita, possessio bonorum eorundem ad nos et nostros successores legitimos redibit et revertetur pleno iure. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subapenssum testimonio literarum. Datum in conventionem Pyothrcouiensi generali feria secunda ante festum beate Marie Magdalene proxima anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit.

Relatio venerabilis de Curozwanki²⁾
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oblatowano w *Castr. Leop.* t. 329 str. 182 — 83 z oryginału pergaminowego na roczkach:
„Actum feria quarta post dominicam Misericordia proxima anno Domini 1555“ (1. Maja).

¹⁾ Żydaczów miasto w starostwie tegoż imienia.

²⁾ W kopii „de Czinosswanski.“

XC.

W Nowym Sączu 23. Czerwca 1481 r.

Jakób Tela z Paniowa starosta czorsztyński powierza rajcom sądeckim 500 złt., rozporządzając niemi i innemi rzeczami na wypadek śmierci.

EGO IACOBUS THELA DE PANYOW Capitaneus castri Czornsthin notum facio per presentes, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis, audituris atque lecturis, quia ego animo bene deliberato sanus mente pariter et corpore recognosco, me dedisse in manus famosorum dominorum consulum Sandeczensium presencium et futurorum quingentos florenos auri puri et iusti ponderis, quos dominos consules videlicet Ieronimum Corcz, Iohannem Cugelwyth, Paulum Thoszner, Michaelem Dzyadek, Stanislaum Francisci Hyrth, Iohannem Scholtissek eorumque successores eligo in meos veros et legitimos tutores, actores plenipotentisque factores et do eisdem plenum mandatum et omnimodam potestatem cum predictis quingentis florenis faciendi, legandi, dandi, distribuendi et in pios usus atque salutare anime mee parentumque meorum preteritorum, presencium et futurorum convertendi, tali condicione tamen de mea voluntate interiecta, quod ipsi domini consules et eorum successores omnia in hac littera sufficienter conscripta tenere debent atque servare, michi ad manus fideles meas et nulli hominum tam propinquorum quam extraneorum, spiritualium atque secularium extradere debent, tantummodo michi soli et hoc ingruente mea necessitate magna. Casu vero, quo omnipotens Deus voto sue Divinitatis ac permissione me de hoc seculo vocaverit, extunc ipsi domini consules tam presentes quam futuri in primis de predictis quingentis florenis post mortem meam dare debent ad Lechnycza¹⁾ centum florenos fratribus ordinis Cartusiensis pro missis legendis, ob spem salutis anime mee, circa hoc altare, quod prius ibidem construxeram et dotaveram. Similiter eciam de predictis quingentis florenis ipsi domini consules et eorum successores post mortem meam centum florenos dare debebunt ad claustrum sanctimonialium ordinis sancte Clare ad Antiquam Sandecz pro edificanda et reformanda ecclesia, prout ipsi domini consules presentes et futuri secundum ingenium eorum melius ordinare possunt. De residuis autem trecentis florenis ipsi domini consules presentes et futuri singulis annis instituere debent perpetuis temporibus octo florenos ad claustrum in Noua Sandecz fratribus ordinis sancti Francisci pro legenda una missa omni die in aurora et predicator ecclesie eiusdem claustrum pro una Ave Maria festivis diebus a communi populo petat pro institute dicte missa (*sic*) in

aurora. Insuper do, lego et irrevocabiler assigno in manus fideles dictorum dominorum consulum et eorum successorum unum cantarum argenteum duodecim marcas argenti et sex uncias in se continentem, quem ecclesie collegiate sancte Margarethe in Noua Sandecz dare debent ad deferendum atque portandum vinum comunicantibus in eadem ecclesia tociens, quociens opus fuerit, temporibus eviternis, ut eciam ab eisdem comunicantibus petatur unum Ave Maria pro salute anime mee omniumque penes eandem ecclesiam iacencium. Eciam do in manus eorundem consulum et eorum successorum tres picarios cum certis nodulis argenteis sex marcas argenti in uno pondere continentem, de quibus sex marcas argenti tres calices disponi debent et ad unumquemque calicem crux parva pro reliquiis. Ad que omnia premissa adlego tres ornatos cum omnibus attinenciis, quorum unus cum calice atque cruce dari debet pro ecclesia collegiata sancte Margarethe in Noua Sandecz, alter vero ornatus similiter cum calice et cruce ad ecclesiam sancti Francisci in eadem Noua Sandecz, tertium autem calicem cum ornato margaritis pretexto et crucem, ubi sepultus fuero, assigno atque lego, tali condicione firmiter et inviolabiter interiecta, quod ab his omnibus per me datis legatis et assignatis et per ipsos dominos consules presentes et futuros tamquam plenipotentes dandis et distribuendis et pro salute anime mee parantumque meorum preteritorum, presencium et futurorum convertendis, excludo, amoveo et sub eterna damnacione obligo omnes propinquos meos et sanguine iunctos amicosque meos, quos exnunc et post mortem meam exclusos habere volo ita, quod nullam in his iam expressis per meque legatis, datis atque dandis habere debent proprietatem seu participacionem. Casu vero, quo aliquis amicorum meorum post obitum meum hanc donacionem meam impedire ac infringere voluerit, extunc ipsi domini consules presentes et futuri mei factores et legitimi tutores in tuicione tali nichil proprii impendere debent, sed his meis legatis hanc meam donacionem ab impeticionibus omnium personarum in quolibet iure tam spirituali quam seculari tueri debent ac defensare. Presentibus ibidem famoso et honesto Stanislao Groth cive de Noua Sandecz, Nicolao sculteto de Zelesznykowa et me Nicolao de Pyantheck testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est subappensum. Actum et datum in pretorio civitatis Noue Sandecz anno Domini millesimo quadingentesimo octuagesimo primo Sabbatho ante festum sancti Iohannis Baptiste proximo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 73. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy.

¹⁾ Lesznica wieś w starostwie nowotarskiem.

XCI.

Pod Śniatynem 20. Września 1485 r.

Kazimierz Jagiellończyk przyjmuje nadal w służbę wojskową Stanisława Swossa z Łupczy i Stanisława Banowskiego rotmistrzów razem z ich drużyną, zobowiązując się płacić po 5 złotych węgierskich za każdego pieszego a po 10 zł. w. za jeźdca kwartalnie i obiecując im oraz odszkodowanie za każdą stratę lub niewolę, na którąby w służbie królewskiej się narazili.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux
Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc.

Significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quia nobiles Stanislaum Swoss de Lupeza et Stanislaum Banowsky Rothmagistros in trecentis pedibus et quatuor equitibus in servitium nostrum suscepimus suscipimusque presentibus; quodquidem servitium nostrum ipsis et cuilibet ipsorum incipiet a die expirationis servicii ipsorum, quibus super quemlibet peditem per quinque florenos, super equitem vero per decem florenos Hungaricales pro quolibet quartali anni dare et solvere promittimus et pollicemur in verbo nostro Regio. Stamus insuper ipsis et cuilibet ipsorum pro captivitate et damnis, que in ipso servitio nostro iuste et legitime perceperint seu perpassi fuerint. Harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio litterarum. Datum in campo Snyathinensi feria tertia in vigilia sancti Mathei apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo octoagesimo quinto.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Dominus Rex per Se.

Oryginał papierowy, własność hr. J. Szeptyckiego z Przyłbic. Pieczęć większa z czerwonego wosku, wyciśnięta na papierze, obecnie wykruszona.

XCII.

We Lwowie 17. Października 1485 r.

Kazimierz Jagiellończyk nadaje kościołowi w Tłumaczu dworzysko z przynależnościami, ogrody, łąny, staw i dziesięciny i uwalnia dobra kościelne od wszelkich ciężarów.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Tunc principum fit perennis memoria, dum munificentiae suae dexteram, quae ad universos extensa subditos nedum comendatur, verum vero ex hoc subiectionis et fidelitatis redduntur

illis obsequia, viris orthodoxae fidei ecclesiasticis locisque et ecclesiis pro laudis Divinae augmento erogare¹⁾ ipsasque ecclesias libertatibus, privilegiis et fortunis terrestribus ornare dotareque²⁾ dignantur, ut exinde temporaneorum successuum prosperitates et Divini muneris emolumenta proveniant, proinde nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae ac Culmenensis et Elbingensis Pomeraniaeque dominus et haeres etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris, quomodo messis extremae diem devotis operibus praevenire hisque quae dextera Regis Regum dignante in terris habemus pro caelestibus communitatis aeternae vitae fructum adipisci cupientes, attendentes, ecclesiam parochialem oppidi nostri Tłumacz³⁾ nullis fulcitam dotationis privilegiis propter neglectam sub divis olim praedecessoribus nostris foundationis petitionem, nihil dignum rati, quam ecclesiarum conservationem et laudis Divinae augmento intendere, quatenus crescentibus ecclesiis succrescat nobis subditisque nostris pacis perpetuae in terris et coelestis retributionis incrementum, ecclesiam ipsam denuo fundandam duximus fundamusque praesentibus, dantes et donantes damusque et donamus tenore praesentium mediante ecclesiae praedictae pro subsistentia rectoris sive plebani in ipsa pro tempore existentis aream cimiterio contiguam cum domibus, aedificiis, brazatorio, braseatorio et pomario in ipsa area consistentibus, duos hortos penes pomarium praedictum in medietate sitos, duos laneos agri, unum ex una parte oppidi versus Kolomyia penes laneum advocati et alium ex alia parte oppidi versus Tysmienica, nec non pratium in fluvio Chrzastowiec ad duo Iutrzyny extensum et piscinam cum ambabus rippis, piscaturis, decursionibus et piscibus eiusdem in fluvio Zgniły Tłumacz versus Chryniowce⁴⁾ positam, quae defundet libere iuxta ac ad latum et longum poterit, haec omnia, ita late, longe et circumferencialiter, prout ex antiquo sunt ab aliis areis, hortis et laneis circumferencialiter distincta. In quibus hortis et laneis supradictis plebanus sive rector ecclesiae eiusdem pro tempore existens cmetones, agricolas et hortulanos, prout sibi melius videbitur, locare sive per se eos colere poterit. Insuper decimas manipulares de praediis duobus nostris unam in Gruszka⁵⁾ alteram in Chrynowice et de praedio advocati in Tłumacz tertiam grani cuiuslibet ecclesiae et rectori praedictis donamus in perpetuum; sed cives sive incolae omnes et singuli oppidi praedicti agros colentes decimae manipularis ratione decimam annonam sive frugum alias ossep videlicet de quolibet laneo medium truncum siliginis ac totidem avenae, agros vero non colentes oppidani praedicti et inquilini per unum grossum pecuniae Polonicae numeri plebano pro tempore ibidem existenti annis singulis temporibusque consuetis dare et extradere et persolvere tenebuntur. Quos quidem incolas ad praemissorum omnium solutionem extraditionemque praesentibus subicimus, obligamus in perpetuum. Damus etiam

ecclesiae praedictae et rectoribus eiusdem decimam mensurarum grani cuiuslibet de molendino aquatico civili oppidi praedicti; praemissa omnia et singula per rectorem sive plebanum ecclesiae praedictae pro tempore existentem tenendi, habendi, possidendi et utifruendi pacifice et quiete in aevum. Ut autem rector ipse sive plebanus ecclesiae praedictae curae animarum intendere divinisque officiis in ipsa ecclesia pro nostra et nostrorum successorum salute et prosperitate vacare possit eo liberius, quo magis ab omni onere saeculari bona suae exempta forent ecclesiae, haec ipsa bona ecclesiae ac cmetones, incolas, agricolas et hortulanos in praedictis agris et hortis plebanalibus locandos ab omni onere et solutione saeculari nostra et Regia nec non exactionibus, podwodis, laboribus, tributo terrestri, expeditionibus bellicis, angariis et quibusvis laboribus nostris et civilibus eximimus et liberamus ita. quod nulli alteri quam plebano de omnibus respondere debebunt et tenebuntur. Quae quidem bona omnia et singula suprascripta ac cmetones et incolas praedictos ecclesiae iurique immunitati et libertati ecclesiasticis incorporamus et invisceramus in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum⁶⁾. Actum Leopoli feria secunda in crastino sancti Galli anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. praesentibus ibidem reverendissimis et reverendis in Christo patribus dominis ac magnificis et venerabilibus Ioanne Archiepiscopo Leopoliensis, Ioanne Electo Chelmensis ecclesiarum, Iacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Cracouiensi, Mathia de Bnin Posnaniensi, Ioanne Amor de Tarnow Cracouiensi, Spytkone de Iaroslav Sandomiriensi, Dobieslao de Byssow Bełzensi Palatinis, Raphaele de Iaroslav Sandomiriensi et Regni nostri Marschalco, Nicolao de Kurozwanki Siradiensi, Ioanne de Koscielec Dobrzynensi, Nicolao de Zmigrod Praemisliensi Castellanis, Kraeslao⁷⁾ de Kurozwanki Decano Gnesnensi et Cantore Cracouiensi, Cancellario, Gregorio de Ludbrancz⁸⁾ Praeposito Scarbimiriensi, Vicecancellario Regni nostri, sincere et fidelibus nostris dilectis et aliis quam plurimis fide dignis ad praemissa testibus. Datum per manus praefati venerabilis Kraeslai de Kurozwanki Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti. Kraeslaus Cancellarius (*subscripsit*)⁹⁾.

Relacio eiusdem venerabilis Kraeslai de Kurozwanki Decani Gneznensis et Regni Poloniae Cancellarii.

Oblatowano z oryginału pergaminowego opatrzonego pieczęcią zawieszoną na sznurku jedwabnym w *Castr. Leop.* t. 397 str. 1527—30 na roczkach: „*Feria secunda post festum sancti Mathaei apostoli et evangelistae proxima anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo*“. (23. Września).

¹⁾ W kopii: „*rogare*“. ²⁾ W kopii: „*dotare quem*“. ³⁾ Tłumacz miasto w starostwie tegoż imienia. ⁴⁾ Hryniowce wieś w starostwie tłumackiem. ⁵⁾ Gruszka wieś w starostwie tłumackiem. ⁶⁾ W kopii niewłaściwie: „*subappressum*“. Z opisu w oblacie podanego wynika, że pieczęć była zawieszona. ⁷⁾ W kopii wszędzie: „*Praeslaus*“. ⁸⁾ W kopii: „*Ludbracza*“. ⁹⁾ W kopii nie ma.

XCIII.

W Krakowie 24. Kwietnia 1486 r.

Jakób z Dębna kasztelan i starosta krakowski poświadcza, że mieszczanie nowosądeckcy tylko z własnej ochoty zapłacili mu gotówką daninę, którą dotychczas w naturze uiszczali.

Iacobus de Dambno Castellanus et Capitaneus Cracouiensis significamus tenore presencium mediante universis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris, lecturis vel audituris, quibus expedit. Casu veniente, quo aquarum inundacio, dum fluyii Dvnayecz et Kamyonka ultra modum influitabant, omnia fossata alias przecopi molendinorum fere totaliter destructa et dirrupta fuerant, quibus cecleriter obviare cupientes, ut eo cicius restaurare eadem potuissemus, petivimus precon-
sulem, consules et totam comunitatem civitatis ipsius Sandecz, ut tandiu (*sic*) quantum ipsis placuisset et non ultra metretas pro nobis provenientes paratis pecuniis nobis solvissent; quod intuitu petitionis nostre fecerunt et ad eorum beneplacitum solvere paratis pecuniis se submiserunt. Tandem nolentes ulterius seu longius, quod iam eis videbatur, in hoc stare, exceperunt se de tali solucione nec ultra nobis taliter solvere voluerunt petiveruntque nos, ne aliquando talis subdicio eis nocuerit, ut daremus eisdem litteram, recognoscentes taliter, prout se res habuit. Ideo recognoscimus tenore presencium, quod non ex aliqua inpressione videnti nec aliqua consuetudine priori sed de bono esse talia, ut supra propter nos effecerunt duntaxat ad eorum liberam voluntatem. Harum quibus testimonio litterarum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracouie feria secunda ante Philipi Iacobi apostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 75. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym wisiała, zaginęła.

XCIV.

W Nowym Sączu 10. Stycznia 1487 r.

Wikaryusze nowosądecky sprzedają kawałek gruntu Maciejowi Szyli.

Acta feria quarta proxima infra
octavam Epiphaniarum vera die
iuridica celebrata 1487.

Venientes domini vicarii omnes stipulata manu in eo iudicio superius expresso per tutorem ipsorum legitimum Andream Seruathka resignaverunt predium Mathie Szyla, iacent (*sic*) inter predium famosi Bartholomei Moczgardlo ex una et fluvium Kamyczyca ex altera cum rubetis, piscinis, pratis et omnibus censibus, ut ex antiquo dictum predium spectantibus tam longe et late, uti ipsi soli ex antiquis tenuerunt. Quos census spectantes Mathiam Szylam Paulus Mordebir, Nicolaus Maskala et Andreas sutor et census, quem dat dominus Stanislaus Francisci ex maleo . . . ¹⁾ grossos. Qui dicti domini vicarii promiserunt tueri et defendere Mathiam Szyla per ipsorum tutorem ab omni impedimento, quod sibi oriri posset, tamdiu, ut est forma iuris civilis. Item iam libere dimiserunt omnes census, quos habuerunt super predio dicto. In cuius rei testimonium sigillum nostri scabinatus presentibus est subappensum.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 67. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym wisiała, odpadła.

¹⁾ Liczba zniszczona wilgocią.

XCV.

W Piotrkowie 20. Stycznia 1487 r.

Kazimierz Jagiellończyk uwalnia miasto Nowy Sącz na dalsze dwa lata od płacenia podatków.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussie-que dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo quemadmodum diebus superioribus providis civibus nostris Noue Sandecz

incolis damnis eorum per incineracionem perpessis permoti libertatem ad sedecim annorum decursum concessimus, haecenus eciam ad petita magnifici Iacobi de Dam-bno Castellani et Capitanei Cracouiensis, sincere nobis dilecti, ad predictam sedecim annorum libertatem primam duorum annorum libertatem denuo civibus eisdem dan-dam duximus damusque presentibus, per ipsos cives iuxta vim, tenorem et continen-ciam prime libertatis predictae a die date libertatis eiusdem prime usque ad decem octo annorum decursum tenendam et habendam. Quocirca vobis omnibus et singulis pallatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, burgrabiis, magistris civium consulibus-que civitatum et opidorum ceterisque dignitariis et officialibus nostris in Regno nostro ubique consistentibus presentibus requirendo mandamus, omnino habere volentes, quatinus cives predictos circa eandem libertatem nostram conservare debeatis, aliter facere non ausuri pro gracia nostra. In quorum premissorum omnium fidem et testi-monium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in convencione Piotrkouiensi generali sabbato die festi sanctorum Fabiani et Sebestiani anno Domini millesimo quadringentesimo octugesimo (*sic*) septimo.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio venerabilis Creslai de Curo-zwanki Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał perg. w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 76. Na pasku pergaminowym zawieszona większa pieczęć królewska na czerwonym wyciśnięta wosku.

XCVI.

12. Marca 1487 r.

Andrzej Jaczimierski dziedzic na Ryczyhowie i Małej Horozanie nadaje chłopom swym prawo niemieckie i określa ich robocizny i powinności.

In nomine sanctae Trinitatis et individuae Unitatis Amen. Quoniam humana memoria aeternitati non commensatur, expedit igitur, ut ea, quae in humanis negociis fiunt ad perpetuitatis valetudinem deducantur proborum testimonio et sigillo-rum munimento. Nos igitur nobilis dominus Andreas Iaczimierski haeres in Riczihow¹⁾ et in Parua Horozana²⁾ fecit (*sic*) condictamen cum suis emethonis (*sic*), dedit eis iudicium alias prawo in Riczihow Theuthonicum. Et septem dies habent laborare per annum et tres alias thloki etiam per annum, et dominus habet dare eis comedere et bibere satis. Et isti eme(t)hones habent ire ad laborandum campi vel ad agrum ante ortum

solis alias przed wsch(oc)dem slonecza et debent laborare per diem usque ad occasum solis. Et dominus And(reas) nobilis non habet capere, quis morietur ipsorum alias vmarezizni. Et isti laboriosi emethones habent ducere per currum legnis ad Natalem Domini et per currum fenum. Et isti emethones habent dare censum nobili Andreae per medium undecim grossos ad annum et per medium truncum avenae, et habent dare medium censum ad festum sancti Ioannis Baptisthae et medium ad festum sancti Martini. Et nobilis dominus Andreas Iaczimierski non habet capere de ipsis, quis morietur ipsorum, nec dare aliis sed istius consanguineus habet tenere agrum vel vestimen. Et si aliquis ipsorum emetho daret fugam nobilis Andreas Iaczimierski non habet capere de agro, nec domum alio dare alias budowania. Et iste nobilis Andreas Iaczimierski fecit pervendere alio homini agrum alias budowanie, si aliquis non velleret manere in ista villa. Et isti duo fratres Tyranni, unus Iwasko et alter Sczerkaczi testantur et Viceadvocatus de villa domini Regis Michael, quia etiam ibi fuit, de Wielbrącz Mikula dominis (sic) canonicis. Isti omnes testantur, quia fuerint ibi, quando scripserit privilegium feria secunda in festo sancti Gregorii. Valet in Domino. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo.

Oblatowano z transumtu Zygmunta Augusta wydanego w Lublinie 16. Lipca 1566 r. w *Castr. Leop.* t. 332 str. 457 na roczkach: „*Actum in castro inferiori Leopoliensi feria secunda post festum sancti Iacobi Apostoli proxima 1566*“ (29. Lipca). Kopia nieco uszkodzona skutkiem obciążenia przez introligatora.

1) Ryczychow wieś w starostwie rudeckiem.

2) Horozana Mała i Wielka z Saską dominikalną wsie w starostwie rudeckiem.

XCVII.

Na polu między Zuliczami a Lahodzyczami 17. Kwietnia 1488 r.

Paweł z Oleska podkomorzy lwowski rozgranicza wieś swoją Zulycze od wsi Lahodzycze należącej do Jana Belzeckiego.

Acta sunt hec in campo feria quinta proxima post Conductum Pasce anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo inter villas dictas Zvlycze ¹⁾ generosi domini Pauli Succamerarii Leopoliensis parte ab una et inter villam Lahodzycze ²⁾ nobilis Iohannis Belzeczky parte ab altera, coram generosis Petro Kvlycowsky, Iohanne de Ostrowyecz ³⁾, Iohanne Mszczyszek de Koltow ⁴⁾, Andrea tenutario de Zulycze, Ma-

thia Terpynsky, Stefano Czubynsky et aliis quampluribus fidedignis circa premissa. Nos Paulus de Oleszko ⁵⁾ Succamerarius Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quomodo veniens nobilis Iohannes heres de Belzec ⁶⁾ desideravit et petivit nos, ut cum eo granicies sipparemus inter bona nostra hereditaria videlicet Zvlycze parte ab una et inter bona hereditaria ipsius Iohannis Belzeczky Lahodzycze sic dicta parte ab altera. Nos vero ex officio nostri succamerariatus granicies fecimus, sipavimus et scopulos ereximus incipiendo a fluvio dicto Belzec et ibi fecimus scopulum primum acialem alias naroznicopyecz in prato penes mericam et viam publicam, que transit a Kzaz ⁷⁾ villa ad Czeremoszno ⁸⁾, et per mericam aquitando (*sic*) sippavimus scopulos per superioritatem silve usque ad riwlum dictum Hnylyecz et iterum a riwlo Hnylecz aquitando per nemus alias lang et per pratum dictum Rogoszno sippavimus scopulos usque ad silvam, que est superius Hnylecz, que silva iacet inter Zulycze et Lahodzycze. Et exeundo de silva aquitavimus sipando scopulos per lutum, per prata et per colles alias pagorky usque ad lapidem, qui stat penes viam publicam et ibi iterum sipavimus scopulum finalem et acialem alias narosznicopyecz. Super quo partes posuerunt memoriale, quod Succamerarius recepit.

Z *Castr. Leopol.* t. 4 str. 517.

- ¹⁾ Żulice wieś w starostwie złoczowskiem.
- ²⁾ Prawdopodobnie Łahodow wieś w starostwie brodzkiem.
- ³⁾ Ostrowiec wieś w starostwie kołomyjskiem.
- ⁴⁾ Kołtów z Rudą wieś w starostwie złoczowskiem.
- ⁵⁾ Olesko miasto w starostwie złoczowskiem.
- ⁶⁾ Belzec wieś w starostwie złoczowskiem.
- ⁷⁾ Kniaże wieś w starostwie złoczowskiem.
- ⁸⁾ Czeremosznia wieś w starostwie złoczowskiem.

XCVIII.

Na polu między Podczapami, Lahodzyczami i Chylczycami 5. Maja 1488 r.

Paweł z Oleska i Złoczowa podkomorzy lwowski rozgranicza wsie Podczapy i Lahodzycze należące do Jana Belzeckiego od wsi Chylczyce należącej do Ihnata i Jacka Chylczyckich.

(*Acta*) sunt hec in campo et loco granicierum inter villas (*here*)ditarias scilicet Podczapi ¹⁾ et Lahodzycze ²⁾ nobilis Iohannis heredis de Belzec ³⁾ parte ab una

et inter villam Chylczyce ⁴⁾ (*sic dictam*) nobilium Ihnath et Iaczko fratrum germanorum indivisorum (*parte*) ab altera et hoc feria secunda proxima post festum (*Philip*)pi et Iacobi apostolorum anno Domini 1488, presentibus (*ibidem*) generosis et nobilibus dominis Stanislao Maldrzyk Tri(*bu*)no et Vicecapitano protunc Leopoliensi, Petro Golabek de Zymnovoda ⁵⁾ Iudice castrensi Leopoliensi, Stachno Pletenyczky, Petro Krzywyczky, Rafaele Barthkowszky, Wanykone Stanymyrzky, Paulo Schulima tenentario de Krznylow ⁶⁾, Waschlyi Ostalowszky, Fyetskone Yarmolynyszky et aliis quampluribus fidedignis circa premissa.

Nos Paulus de Oleszko ⁷⁾ heres de Zloczow Succamerarius Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quomodo ex concordia facta inter nobiles Iohannem de Belzecz et Lahodzyce parte ab una et inter nobiles Ihnathko et Iaczko de Chylczyce parte ab altera fratrum germanorum indivisorum ad petita et postulata eorum ex officio nostri succamerariatus ex consensu et affectu utrarumque parcium prescriptarum tam Iohannis Belzeczky quam Yhnathko Chylczyky (*sic*) et Yaczko et inter bona ipsorum dicta Podczapy et Lahodzyce parte ab una et inter bona Chylczyce hereditaria parte ab altera ad granicies sipandas et faciendas descendimus et venimus ad monticulum alias na mogilą, qui monticulus iacet sub silva superius monastirz et superius riwlo dicto Hnylecz, qui monastirz pertinet ad villam Lahodzyce in districtu Busciensi iacentem. Et ibi in isto monticulo prescripto fecimus ministeriali prima, secunda, tertia et quarta superhabundanti vicibus, prout iuris est, proclamare. Et dum ministerialis proclamavit ibi nullus aliquid impedivit nec contradixit. Nos vero nostri succamerariatus ex officio Leopoliensis ad petita prefatorum dominorum supradictorum granicies fecimus inter villas Chylczyce districtus Leopoliensis et Lahodzyce districtus Busciensis hereditates iam dictorum dominorum. Primum quidem scopulum acialem alias naroszny copyecz fecimus in monticulo pretacto ereximus et sipavimus et ab isto monticulo prescripto alias odmogoli (*sic*) aquitavimus per silvam et per viam in eisdem faciendo signa et scopulos erigendo. Et exeundo de silva aquitavimus per mericam sipando scopulos usque ad fluvium Belzecz et ibi circa fluvium Belzecz ultimum scopulum acialem alias naroszny copyecz fecimus, sipavimus et ereximus. Et ibi eciam ministerialis prima, secunda, tertia et quarta superhabundanti vicibus proclamavit, ad que similiter nullus contradixit. Et hoc tali condicione in premissis interiecta, quod ipse Iohannes Belzeczky sipando piscinam suam potest eam tenere ultra eosdem scopulos, qui sunt a Podczapi et Lahodzyce tam longe, late et circumferencialiter prout eadem piscina potest ulterius inundare, excepto tamen isto, quod non debet ipsis Ihnathko et Iaczko molendinum per inundacionem destruere; et si quid fuerit superfluum, quod piscina non inundaret, extunc isto ipsi Ihnathko et Iaczko cum ambabus rippis debent uti et frui. Et idem Iohannes Belzeczky debet facere obstaculum in fini-

tate piscine, prout iuris. Et ad hec partes memoriale posuerunt, quod succamerarii receperunt.

Z *Castr. Leop.* t. 4 str. 518. Dokument cokolwiek uszkodzony.

- 1) Poczapy wieś w starostwie złoczowskiem.
- 2) Prawdopodobnie Łahodow wieś w starostwie brodzkiem.
- 3) Bełzec wieś w starostwie złoczowskiem.
- 4) Chylczyce z Boniszynem wieś w starostwie złoczowskiem.
- 5) Zimnowoda wieś w starostwie lwowskiem.
- 6) Skniłów wieś w starostwie lwowskiem.
- 7) Olesko miasto w starostwie złoczowskiem.

XCIX.

Na polu między Hrodyłowem a Chylczycami 5. Maja 1488 r.

Paweł z Oleska i Złoczowa podkomorzy lwowski poświadcza, że Jan Ostrowiecki komornik jego rozgraniczył Hrodyłow należący do Pawła od Chylczyc wsi Ihnatka i Jacka Chylczyckich.

Acta sunt hec in campo et loco granicierum feria secunda proxima post festum sanctorum Filipi et Iacobi apostolorum anno Domini 1480 octavo inter villas hereditarias scilicet Hrodyłow ¹⁾ domini Pauli Succamerarii Leopoliensis parte ab una et inter bona hereditaria Chylczyce ²⁾ sic dicta nobilium Ihnathko et Iaczko parte ab altera, presentibus ibidem generosis et nobilibus Stanislao Maldrzyk Tribuno et Vicecapitano, Petro Golambek de Zymnowoda Iudice castrensi protunc Leopoliensibus, Stachnone Plethenyczky, Petro Krzyweczky, Rafaele Barthkowszky, Wanykone Stanymyrzky, Paulo Schvlima tenutario de Crznyłow, Waszylu Ostalowszky, Fyethkone de Ostalowycze, Fyethkone Iarmolynsky, Petro Kvylychowszky et aliis quampluribus fidedignis.

Nos Paulus de Oleszko et Zloczow Succamerarius Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quomodo ex concordia facta inter me Paulum de Oleszko et Zloczow et inter bona hereditaria mea Hrodilow dicta parte ab una et inter hereditaria bona nobilium Ihnathko et Iaczko fratrum germanorum indivisorum videlicet Chylczyce dicta parte ab altera ad petita et postulata eorum ex officio nostri succamerarieratus (*sic*) locavimus nobilem Iohannem de Ostrovycz camerarium nostrum

legittimum et vigore nostri succamerieratus (*sic*) fecimus et mandavimus ei, ut granicies siparet, faceret et limitaret et scopulos inter predicta bona Hrodylow et Chylezycze erigeret. Ipse vero Iohannes Ostrowyeczky tanquam camerarius noster fecit ministeriali prima, secunda, tertia et quarta vicibus superhabundanti proclamare, prout iuris fuit, et dum ministerialis proclamavit ibi nullus contradixit ad hec nec aliquid fecit. Iohannes vero Ostrowyeczky camerarius noster prefatus ad faciendas et sipandas granicies condescendit et venit ad ripam et quercum, qui stat et est ex oposito sumitatis inundacionis piscine Chylezyczky et ibi fecit primum scopulum acialem alias alias (*sic*) naroszny copyecz in prato penes eundem quercum tali tamen condicione adiecta, quod sibi dominus succamerarius admisit de bona voluntate sua piscinam, in quantum ulterius poterit, inundare, et hoc iuxta primam erectionem aggeris. Et a scopulo pre-nominato, qui est circa quercum, aquitavit per silvam et pratum sipando scopulos, quod pratum iacet inter villas Hrodylow et Chylezycze sic dictas et a predicto prato aquitavit per campum sipando et erigendo scopulos et venit ad finem Borrek, qui quondam dicebatur Hrodylowszky. Et a fine Borrek iterum aquitavit per campum faciendo et erigendo scopulos usque ad viam publicam, que via tendit et vadit de Gologory³⁾ in Oleszko et iacet penes lapidem; et ibi circa lapidem fecit alium scopulum acialem alias naroszny copyecz, qui scopulus dividit bona hereditaria dicta Hrodylow, Zvlycze et Chylezycze. In quo eciam ministerialis prima, 2^a, tertia et quarta superhabundanti vicibus proclamavit et ibi nullus contradixit. Et ab isto aciali scopulo, qui est circa lapidem, aquitavit per campum rippa pratorum et per mericam et per medietatem luti eciam sipando granicies et scopulos erigendo usque ad monticulum alias do mogyly, qui monticulus dividit generosum Paulum a bonis Zvlycze et nobilem Iohannem Belzeczky a bonis Lahodzycze et nobiles Ihnathko et Iaczko a Chylezycze. Ibi eciam camerarius noster ultimum et tertium scopulum acialem alias naroszny copyecz fecit. In quo eciam ministeriali prima, 2^a, 3^a et quarta vicibus superhabundanti proclamavit. Ibi eciam nullus contradixit nec aliquid fecit, super quo partes memoriale posuerunt, quod iudicium recepit.

Z *Castr. Leop.* t. 4 str. 519.

¹⁾ Horodyłów wieś w starostwie złoczowskiem.

²⁾ Inne objaśnienia dotyczące miejscowości podano w poprzednich numerach.

³⁾ Gołogóry z Gołogórkami miasto w starostwie złoczowskiem.

C.

Na polu między Zuliczami a Podczapami i Lahodzyczami 5. Maja 1488 r.

Paweł z Oleska i Złoczowa podkomorzy lwowski poświadcza, że komornik jego Jan Ostrowiecki rozgraniczył wieś jego Zulicze od wsi Podczapy i Lahodzycze należących do Jana Belzeckiego.

Acta sunt hec feria secunda proxima post festum sancti Filippi et Iacobi apostolorum anno Domini 1480 octavo in campo et loco granicierum inter villas hereditarias dictas Zvlicze ¹⁾ magnifici domini Pauli de Oleszko protunc Succamerarii Leopoliensis parte ab una et inter villas hereditarias dictas Podczapy et Lahodzycze nobilis Iohannis heredis de Belzecz et de Lahodzycze parte ab altera presentibus testibus ut supra ²⁾ et Petro Kvlykowszky.

Nos Paulus de Oleszko heres de Zloczow Succamerarius Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, visuris, auditoris pariter et lecturis, quomodo ex concordia facta inter me Paulum Succamerarium prefatum Leopoliensem parte ab una et inter nobilem Iohannem heredem de Belzecz parte ab altera locavimus ex officio nostri succamerarieratus (*sic*) tanquam legitimum nostrum camerarium ad limitandum, granicies sipandum scopulosque erigendum inter bona nostra hereditaria Zvlicze in districtu Leopoliensi sita parte ab una et inter bona hereditaria ipsius Iohannis Belzeczky Lahodzycze dicta in districtu Buscensi sita parte ab altera. Et camerarius noster videlicet Iohannes de Ostrovycz existens iudex loco nostri et mandato nostro fecit ministeriali proclamare (*prima, secunda, tertia et*) quarta superhabundanti vicibus. Ibi tamen nullus (*contradixit et ca*)merarius noster prefatus prefatus (*sic*) Iohannes (*de Ostrovycz cum*) consensu parcium videlicet Pauli Succamerarii sui (*et Iohannis*) Belzeczky statim incepit limitare et scopulos s(*ipare. Et primum*) quidem scopulum acialem alias naroszny copyecz sip(*avit et ere*)xit in monticulo alias na mogyle penes scopulum, qui (*scopulus*) dividit parietes inter Chylczycze (*et Laho*)dzycze penes manastirz, qui manastirz pertinet ad bona (*La*)hodzycze. Et ab isto scopulo aciali aquitaverunt per silvam (*et*) riwlum Hnylec dictum usque ad nemus alias dolag(*u et*) signa fecerunt et scopulos sipaverunt et erexerunt. Et post ea (*aquita*)verunt ad pratum dictum Rohoszno, ibi eciam scopulos in eodem prato fecerunt, sipaverunt et erexerunt. Et a prato Rohoszno aquitaverunt penes Hnylecz nemoris et silve. Ibi eciam sipaverunt scopulos. Et a fine silve aquitaverunt et venerunt ad pratum, quod pratum iacet penes

fluvium Belzecz et penes viam Regalem alias podle krolewszkey gaczy, ibi eciam in eodem prato sub merica sipaverunt ultimum scopulum acialem aliasz naroszny kopyecz. Ubi eciam ministerialis prima, secunda, tertia et quarta superhabundanti vicibus proclamavit et ad hec nullus contradixit. Super quod partes memoriale posuerunt, quod iudicium recepit.

Z Castr. Leop. t. 4 str. 518 — 19. Akt uszkodzony.

¹⁾ Objaśnienia miejscowości podano w poprzednich numerach. ²⁾ T. j. pod nr. XCVIII.

CI.

W Wilnie 15. Kwietnia 1492 r.

Kazimierz Jagiellończyk nadaje Dersławowi Wilczkowi z Lubienia brzegi i groble we wsiach Czuczenosy, Czerlany i Małkowice.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Cum pro temporum mutabili cursu actus hominum memoratu digni debeant et consueverint literarum apicibus commendari, ut series rei gestae praesertim perpetuo memorandae posteritati, perinde futurae, ut praesenti non incognita redderetur, itaque nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviensis, Sendomiriensis, Lanciciensis, Cuiaviensis, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae ac Culmensis et Elbingensis, Pomeraniae quoque dominus et haeres significamus tenore praesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris, quia attendentes servitia fidelia generosi Derslai Wilczek de Lubienie ¹⁾ terrigenae Leopoliensis fidelis dilecti, quibus commendatum se reddidit nobis, horum intuitu consolatum eum efficere ipsum quoque et ipsius successores ad futura nostra et successorum nostrorum servitia obligatum reddere cupientes de certa scientia benignitateque, munificentia et virtute Regia sibi et ipsius successoribus legitimis rippas bonorum villarumque nostrarum in districtu Grodecensi sitarum videlicet Czuczenosy ²⁾, Czerlany et Malkowice ³⁾, aggeris quoque nostri ad piscinam nostram in ipsa Czerlany situati, quas villarum nostrarum et aggeris praedicti rippas alluit et subundat piscina ipsis magna in haereditatibus suis perpetuis videlicet utraque Lubienie errecta nec non terram de bonis iisdem nostris pro reformando restaurandoque aggere piscinae eiusdem magnae semper et perpetuo ac toties quoties vim habuerit tollendam et recipiendam dandum et donandum duximus, damus et donamus perpetuo; sic tamen, quod inundatio piscinae Derslai

taliter aggerem subundet nostrum, quod non subsequatur exinde illi nostro aggeri nocumentum periculosum, per quod videlicet agger noster vel defluet vel informaretur (?) notabiliter, per ipsum Derslaum et successores eius legitimos habendi, possidendi, tenendi, dandi, donandi, commutandi, alienandi, resignandi et in usus suos et successorum beneplacitos convertendi aeviterne. Et insuper quoniam tempore demissionis piscinae praedictae propter distantiam remotam bonorum haereditariorum praedictorum tugurium alias buda nec in haereditariis eisdem bonis nec in aggere piscinae eiusdem magnae locari potest commode, itaque eorundem servitorum ob respectum admittendum et concedendum duximus admittimusque et concedimus Derslao praedicto et ipsius successoribus toties quoties vel pro piscinae eiusdem demissione vel aggeris restauratione nostri (*facultatem*) habuerint tugurium in terra nostra bonorum suprascriptorum erigendi, locandi et constituendi tamen absque damno agrorum cultorum et pratorum in bonis nostris existentium. Sic quoque quod piscina demissa aggereque restaurato tugurium praedictum ex terra nostra singulis vicibus removeri debeat et teneatur successoresque sui tenebuntur tenore praesentium mediante in aevum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum Vilnae die Dominico Palmarum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, praesentibus ibidem venerabilibus ac generosis Creslao ¹⁾ de Kurozwanky Regni nostri Cancellario, Ioanne Brandis sedis apostolicae Protonotario, Ioanne de Lubrancz decretorum doctore, Secretariis nostris, Canonicis Cracoviensis Ecclesiae, Marcissio ²⁾ de Wrocimowice Castellano Polanecensi, serenissimae dominae Elisabethae nostrae charissimae consortis Marschalco curiae, Iacobo de Snetlunt (?) illustrissimo (?) notario (?) nostro Incisore, tenutario Pilsnensi et Iacobo de Magna Klonezo (?) Iudice curiae nostrae aliisque quam multis consiliariis et curiensibus nostris sincere, devote et fideliter dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis viri Creslai de Kurozwanky Cancellarii Regni nostri sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius.

Relatio eiusdem venerabilis Creslai de Kurozwanky Regni Poloniae Cancellarii.

Oblatowano z oryginału pergaminowego w *Terr. Leop.* t. 76 str. 254 — 257 na roczkach: „Acta sunt haec Leopoli in positione iudicialia actorum seu librorum terrestrium feria quinta post Dominicam Laetare quadragesimalem proxima anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo tercio.“ (8. Marca).

¹⁾ Lubienie wieś w starostwie jaworowskim.

²⁾ Czupernosów wieś w starostwie przemysłańskim.

³⁾ Czerlany i Małkowice wsie w starostwie grodeckim.

⁴⁾ W kopii: *Czeslao*.

⁵⁾ W kopii: *Marciszow*.

CII.

W Krakowie 23. Października 1492 r.

Jan Olbracht poleca Spytkowi z Jarosławia, wojewodzie krakowskiemu i staroście lwowskiemu, aby wprowadził Dorotę, wdowę po Mikołaju Śwince, żonę Zygmunta z Pomorzani, starosty trembowelskiego, w posiadanie dóbr Kalne z Bubszczanami, zabranych jej przez Jana Gołogorskiego.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lythuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. magnifico Spithkoni de Iaroslav Palatino Cracouiensi et Capitaneo Leopoliensi sincere nobis dilecto favorem nostrum. Magnifice, nobilis, sincere dilecte! Nomine Dorothee relicte olim generosi Nicolai Swynka, nunc vero consortis generosi Sigismundi de Pomorzani, Capitanei Trebowliensis, conquestum ¹⁾ est nobis, quod generosus Iohannes Gologorski intromisit se violenter in bona dotalicii sui sibi per olim maritum primum Swynka in villis Calne et medietate Bobrczani ²⁾ reformati atque inscripti, cuiusquidem dotalicii litteras asserit se habere iustas ac more iuris terrestres sibi concessas. Qua in re licet non opus fuerit comittere Sinceritati Tue quidquam nomine nostro, cum sciat consuetudinem dotaliorum, que sine ullo iuris strepitu sed duntaxat visis literis iure debeant per capitaneos restitui dominantibus, tamen cum ipsa Dorothea querelas deposuit nobis, comittimus, mandamus omnino habere volentes, quatenus visis literis dotis et dotalicii ipsi Dorothee per olim maritum primum predictum in bonis predictis reformati eam iuxta tenorem et contentenciam literarum earundem dotalicii in possessionem villarum predictarum sibi reformatarum intromittat et restituat tueaturque et defendat auctoritate nostra, secus non faciendo pro gracia nostra. Datum Cracouie feria tertia post festum undecim milia virginum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Relatio venerabilis Creslai de Curozwanky
Regni Polonie Cancellarii.

Dokument oblatowany w aktach grodzkich lwowskich *Liber Inscrip.* t. 5. str. 998 na roczkach: „Acta sunt hec Leopoli feria secunda ipso ³⁾ sancti Iohannis Baptiste anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio“. (24. Czerwea). Na tych samych rokach wydał Spytko Jarosławski wyrok, mocą którego przyznał wieś Kalne Dorocie, Bubszczany zaś Gołogórskiemu z zastrzeżeniem, że Dorota może go spłacić i dobra objąć w posiadanie (str. 999 — 1000). W wyroku nazwany Jan Gołogórski „Iohannes Syenyenski“ jest synem Andrzeja z Sienna, podkomorzego sandomirskiego.

¹⁾ W kopii: „conquestus“.

²⁾ Kalne z Bubszczanami wieś w starostwie złoczowskim.

³⁾ Widocznie opuszczono: *festu* albo *die*.

CIII.

W Krakowie 18. Stycznia 1493 r.

Jan Olbracht daje Janowi de Bochin swemu sekretarzowi i Janowi Ottha mieszczaninowi nowosądeckiemu przyzwolenie do poszukiwań górniczych w obrębie królestwa polskiego.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis presentibus et futuris presentium notitiam habituris, quod cum ex debito nostri regiminis officio debeamus profectibus et commodis Regni nostri intendere eiusdemque utilitatibus, fructibus et thesauris salubriter consulere ac in eo ubi expedierit conditionem facere meliorem, ut in tempore nostri felicis regiminis in thesauris, quos situs locorum aut terre in suis deposuit visceribus valeat proficere et felicia recipere incrementa, de legalitate itaque industria, sagacitate et providentia ac integritate honorabilis magistri Iohannis de Bochin Notarii nostri nec non famosi et honesti Iohannis Ottha civis nostri de Nova Sandecz fidelium dilectorum, quibus coram Maiestate nostra multipliciter extiterunt et sunt commendati, plurimum confidentes, ipsis et eorum successoribus legitimis ipsorumque consanguineis ac sociis, quos sibi duxerint adiungendos et recipiendos tam coniunctim quam divisim auri, argenti, cupri, lazuri et omnis alterius cuiuscumque generis metalli thesaurorumque subterraneorum, quibuscumque nuncupentur nominibus, in montibus, campis, silvis, planis, pratis, agris, nemoribus, fluviis, rivulis, paludibus, aquis, vallibus, collibus, villis et oppidis tam nostris Regalibus quam etiam spiritualium, religiosorum et nobilium terrigenarum regnicolarumque nostrorum ac in omnibus aliis locis in Regno nostro Polonie ubilibet existentibus et sitis querendi, investigandi, scrutandi, laborandi, fodiendi et terram aperiendi ad nostram quoque et Regni nostri predicti ac ipsorum utilitatem educendi, extrahendi ad debitamque et perfectam formam redigendi et disponendi plenam damus et omnimodam tenore presentium concedimus facultatem, sub talibus tamen modis, conditionibus et consuetudinibus universis, quales in aliis Regnis Hungarie videlicet et Bohemie aliarumque provintiarum seu terrarum ac partium montibus, fodinis et locis circa huiusmodi minerarum et metallorum opera et labores observari sunt solite et consuete. Quocirca vobis omnibus et singulis capitaneis, burgrabiis, tenutariis, procuratoribus et quibusvis officialibus ac subditis nostris eorumque vicesgerentibus universisque nobilibus regnicolis et terrigenis per et infra Regnum nostrum predictum ubilibet constitutis presentibus requirendo firmissime nostris Regalibus vigore presentium

damus et committimus in mandatis, quatenus prefatos magistrum Iohannem Notarium nec non Iohannem Ottha cives nostros fideles eorumque legitimos successores, amicos et socios, quos sibi in talibus duxerint admittendos et recipiendos, in querendis huiusmodi, ut prefertur, mineris, thesauris et metallis tam in montibus quam in campis, planis, silvis, fluviis, villis aliisque quibuslibet locis, ubi talia inveniri et reperiri poterint, impedire, turbare aut molestare nulla presumatis vel debeatis ratione, sed ipsos in dictis montibus, campis, silvis, fluviis, villis aliisque omnibus, ut premissum est, locis eiusmodi mineras et metalla cuiuscumque generis mineriei existant, que ipsorum ingenio, industria, fortuna et bono ordine poterint fodere laboresque oportunos ac officinas facere et exercere sine quovis impedimento et aresto libere permittatis et permitti faciatis, etiam ubi et quotiens oportunum fuerit ipsos ab insultibus et impedimentis quorumcumque emulorum protegatis, tueamini et defendatis. Volentes preterea memoratum magistrum Iohannem Notarium et Iohannem Ottha sociosque eorum montanistas ad inquisitionem huiusmodi minerarum sive metallorum reddere studiosiores et ad impendendum pecunias eorum efficere affectiores, ipsis hanc, tenore presentium mediante, damus, donamus et largimur prerogativam, gratiam et libertatem, ut quamcito fortuna eis propitia ad aliqua genera metallorum, cuiuscumque qualitatis fuerint, pervenerit, extunc infra trium annorum spatium nobis aut nostris officialibus de aliquibus proventibus, censibus et fructibus, qui ratione huiusmodi minerarum sive metallorum ad nos quomodolibet spectare vel pertinere deberent, non tenebuntur neque tenentur respondere, sed ab eis penitus vigore presentium liberi sint et absoluti. Lapso vero trium annorum iam dictorum spatio predicti montaniste nostri cum ipsorum sotiis partem huiusmodi minerarum seu metallorum tempore debito et solito iuxta ritum et consuetudinem aliorum montium sive fodinarum in aliis Regnis aut provinciis existentium nobis et nostris successoribus solvere debebunt ac tenebuntur et presentibus sint astricti. Ceterum fluviis, rivulis, silvis et aquis omnibus ipsorum montanis ac fodinis proximis et vicinis pro officinis minerarumque lotionibus seu purgamentis et aliis usibus ad eorum labores necessariis et oportunis uti et gaudere presentium per tenorem plenam habeant facultatem. Porro cupientes, ut ipsi montaniste nostri ad querendos et exercendos huiusmodi thesauros subterraneos promptiores insistant et tanto magis, quanto se per nos assecuraturos et privilegiis presentibus munitos senserint, vobis itaque omnibus et singulis Regni nostri palatinis, castellanis, capitaneis, vicecapitaneis, tenutariis, burgrabiis, iudicibus, subiudicibus, camerariis, succamerariis ceterisque dignitariis, officialibus et procuratoribus pro tempore existentibus tenore presentium inhibemus et mandamus districteque precipimus omnino aliud habere nolentes, ne quispiam vestrum prefatos montanistas nostros eorumque socios et laboratores pro quibuscumque causis occasione laboris montium et fodinarum eiusmodi contractis contingentibus ac quomodolibet occurrentibus

et exortis ad instantiam quarumcumque personarum in ius trahere, cettare, iudicare aut iudicarium processum decidere vel quovismodo sententiare presumat, nisi tunc aliud a nobis per literas aut speciales nuntios habueritis in mandatis vel alter vestrum specialem desuper habuerit commissionem et auctoritatem. Si autem aliquis ipsorum de altero vel de omnibus se gravatum aut quomodocumque lesum senserit et aliquid inde actionis cum eodem vel eisdem sibi competere agnoverit, extunc de illo vel illis non nisi coram nostra Maiestate iure mediante experiatur aut coram eo, cui talia iudicanda et discernenda commiserimus. Conservamus insuper et conservari volumus predictos montanistas nostros eorumque socios et laboratores in omnibus iuribus et conditionibus, privilegiis, libertatibus et consuetudinibus, quibus alii montium questores minerarumque et metallorum fossores in ceteris Regnis, provinciis, dominiis et terris uti, frui, gaudere et potiri soliti sunt et consueverunt; nostris nihilominus iuribus Regalibus et cuiusvispam per omnia semper salvis et integris remanentibus quibuscumque. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum Cracouie feria sexta ipso die sancte Prisce virginis anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, Regni vero nostri anno primo, presentibus ibidem reverendo, magnificis et venerabilibus Nicolao Primus de Krayow Electo Premisliensi, Andrea de Thanczyn Castellano Woynyciensi, Creslao Cancellario, Petro Thesaurario Regni Polonie, germanis de Curozwanky, Raphaele de Lyesczno Curie nostre Marsalco, Vincentio de Przeramb Decano Kyelciensi, Gneznensi et Cracouiensi, Iohanne de Lvbrancz Cracouiensi et Poznaniensi Canonicis, Secretariis nostris et aliis quampluribus officialibus et curiensibus nostris testibus circa premissa idoneis ac fidedignis. Datum per manus venerabilis Gregorii de Lvbrancz Poznaniensis, Skarbymiriensis et sancti Floriani extra muros Cracovienses Prepositi, Regni nostri Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

G. Vicecancellarius subscripsit.

Oryginał pergaminowy w achiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 77. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy, na którym wisiała.

CIV.

W Piotrkowie 19. Lutego 1493 r.

Jan Olbracht potwierdza miastu Nowemu Sączowi wszelkie przywileje.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Splendor, venustas et omnis honos Regie et cuiuslibet Ducalis Excellencie eo potissimum ordine elucescere conspicitur, dum sinceritatis pure fidei et benivolencie subditorum suorum meminit iuraque et privilegia, quibus plebium equitas ac omnium dubiorum vices moderari consueverunt, ex plenitudine potestatis sue novi roboris munimine confirmat, innovat et ratificat perhenniter, proinde nos Ioannes Albertus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, supremus dux Lithuanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium universis, quibus expedit, presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo Divino munere prelatorumque et baronum et universorum Regni nostri regnicolarum favore comuni atque concordia ad regnandum in hoc inclito nostro Polonie Regno primum electi, tandem sacro culminis Regii diademate coronati existentes, in penetralibus pectoris nostri Regii revolventes, nihil magis Regium esse, quam gracias et favores meritis dignos munificenciis compensare Regalibus ad idque lucubraciones et sollicitudines nostras impendere Regias, quo singuli subditorum in iure, iusticia, moribus, consuetudine et libertatibus comunibus iustis et laudabilibus a divi olim predecessoribus nostris Regibus et Ducibus Polonie usque ad presenciam felicis nostri regiminis tempora liberaliter concessis, tentis et observatis, non solum conservari verum eciam comunis eorum status augeri, favor quoque ipse et affectus comunis nobis publicitus tam in electione quam coronacione felici nostra per universos regnicolas prebitus per nos auctoritate, benignitate et munificencia Regiis reddi possit, non per errorem aut improvide vel indeliberate, sed de certa sciencia innataque nobis benignitate, virtute, favore et deliberacione Regiis nostris omnia et singula iura spiritualia et secularia Regno terrisque universis nostris successive dudum concessa nova et antiqua decrevimus confirmanda super idque licet universis terris literas et privilegia concesserimus, tamen specialiter attendentes egregiam virtutem et animi constanciam famosorum preconsulis, consulum et universorum civitatis nostre Noue Sandecz incolarum hac presertim tempestate Regni nostri post mortem divi olim parentis nostri vacantis, cuius solio feliciter successimus, in nos exhibitam, qui sicut ipsi olim Maiestati paterne fideles ac subiecti esse consueverant, sic eo morte absumpto sacre proli ipsius Regie non minus fideles ac subiecti esse cupientes

neminem alium, quam nosmet omni desiderio et affectu usque ad nostri elleccionem coronacionemque prosperatam vise (*sic*) sunt postulasse. Propter quod nos tante eorudem virtutis et fidei indicium memorabile ac perpetuum efficere perpetuaque munificencia Regia ipsos ac civitatem predictam complecti ac eos gracie eiusdem ac munificencie comunis nostre aliis civitatibus sub simili privilegiorum effectu concessisse participes efficere cupientes ipsis motu, favore, sciencia et deliberacione similibus nostris omnes et singulas libertates, prerogativas, privilegia, indulta, donationes, literas et munimenta civitati predictae per serenissimos illustrissimosque predecessores nostros Reges et Principes Regni nostri Polonie sub quibuscumque modis, condicionibus et tenoribus quos quidem hic habere volumus pro insertis, iuste tamen racionabiliter et legittime concessas et concessa, in omnibus punctis, clausulis, passibus et articulis roborandas, confirmandas, ratificandas et gratificandas ac roboranda, confirmanda, ratificanda et gratificanda duximus roboramusque, gratificamus, ratificamus et confirmamus tenore presencium mediante, volentes decernentesque illas et illa vere, perpetue, indubie et inviolabiliter firmitatis robur obtinere in evum, promittentes illas et illa similiter in omnibus punctis, condicionibus, posicionibus, tenoribus et articulis firmiter et inviolabiliter tenere, habere et observare tenerique haberi et observari facere eviterne. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in conventionione Pyotrkouensi generali feria tertia ante dominicam Invocavit anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, presentibus ibidem illustrissimo principe, reverendissimis reverendisque in Christo patribus dominis ac magnificis, venerabilibus, generosis, strennuis et nobilibus Frederico Dei gracia Electo Confirmato Cracouiensi, Andrea Roza Archiepiscopo Theomoniensi et Coadiutore Leopoliensi, Petro Wladislaiensi, Vrielle Poznaniensi, Mathia Chelmensi Episcopis, Nicolao Primus Premisliensis, Petro Camenecensis Postulatis ecclesiarum, Iohanne Amor de Tharnow Castellano, Spithkone de Iaroslav Palatino Cracouiensibus, Iohanne Schwydwa de Schamotuly Calischiensi, Nicolao de Cuthno Lanciensi et Capitaneo Maioris Polonie generali, Iohanne de Opporow Brestensi, Mathia de Sluschow Iunowladislaiensi, Ioanne de Pyleza Russie generali, Dobeslao de Curozwanky Lublinensi, Andrea de Cozlow Rawensi Palatinis, Ioanne de Ostrorogk Castellano Poznaniensi, Creslao Cancellario, Petro Thezaurario et Capitaneo Cracouiensi generali de Curozwanky, Gregorio de Ludbrancz Skarbi-miriensis et sancti Floriani ecclesiarum Preposito Vicecancellarioque Regni nostri, Andrea de Schamotuly Calischiensi, Sandiwogio de Czarnkow Gneznensi, Nicolao de Curozwanky Siradiensi, Andrea de Wroczyzn Lanciensi, Andrea de Oleschnyca Sandeczensi, Andrea de Thanczin Voyniciensi, Nicolao de Ostrow Byeczensi, Stanislae de Schidlovyecz Radomiensi, Ambrosio Pampowsky Rosperiensi, Stanislae Kmytha de Vysnycze Premisliensi, Slawyecz de Nyemyglow Sochaczoviensi, Iohanne de Przythyk Zarnoviensi, Petro Myschkowsky Vyelunensi, Alberto Gorsky Landensi Castellanis,

Ioanne de Tharnow Vexillifero Cracouiensi, Petro Kmytha de Vysnycze Sandeczensi et Scepusii Capitaneo, Raphaele de Lesczno Curie nostre Marsalco, Petro de Opalenycza Poznaniensi, Martino de Skothnyky Sandomiriensi, Petro de Bachezycze Siradiensi, Floriano de Gay Lanciciensi et Nicolao de Sezavyn Gostinensi Iudicibus ceterisque prelatibus, baronibus, curiensibus, proceribus et subditis nostris ad premissa testibus sincere, devote et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus prefati venerabilis Creslai de Curozwanky Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem venerabilis Creslai de Curozwanky Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskim nowosądeckim nr. 78. Na sznurku jedwabnym koloru pąsowego zawieszona większa pieczęć królewska na czerwonym wyciśnięta wosku.

CV.

We Lwowie 10. Lutego 1496 r.

Rajcy lwowscy poświadczają, że Stanisław Maldrzyk z Chodywanic, wojski lwowski, jako opiekun żony swej Małgorzaty, córki Piotra Nimanta, przekazał imieniem jej folwark Zyndrychowski na własność bratu jej Piotrowi Nimantowi.

Nos consules civitatis Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo in presencia consularis residence nostre personaliter constitutus generosus dominus Stanislaus Maldrzik de Chodywanicze, Tribunus Leopoliensis unacum domina Margaretha, uxore sua legitima, filia olim domini Petri Nymant, et ipse suo nomine, tamquam tutor ipsius legitimus, recognoverunt, quia predium in suburbio unacum omnibus censitis, censibus, agris, culturis, pratis, campis, nemoribus, piscinis et aliis omnibus utilitatibus et obventionibus universis ad prefatum predium spectantibus et pertinentibus, nichil excipiendo, quod predium Zindrichowsky dicebatur, famoso Petro Nymant, fratri germano prenominate domine Margarethe dederunt, donaverunt et resignaverunt pleno iure, ita late et longe, prout dictum predium in suis graniciis circumferencialiter ab antiquo est limitatum unacum censibus prefatis per prenominate Petrum Nymant et suos successores legitimos tenendum, habendum, possidendum, utfruendum pacifice et quiete hoc expresso, quod si prenominate Petrum Nymant de hac luce decedere et mori contingeret prius quam predicta domina Margaretha soror sua, extunc possessio et tenuta predii prefati unacum censibus ad prenominate dominam Margaretham redire et reverti deberet

viceversa. Si vero ipsa domina Margaretha moreretur, predicto Petro fratre suo vivente, tunc dictum predium simul cum censibus et omnibus pertinenciis dicto Petro et suis posteris remanebit iure hereditario perpetue et in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum et actum Leopoli feria quarta ante festum sancti Valentini anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 284, na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta, często już opisywana, pieczęć rajeów lwowskich.

CVI.

Na sejmie walnym piotrkowskim 16. Kwietnia 1496 r.

Jan Olbracht ustanawia komorę woskową we Lwowie i poleca jej zarząd Hermanowi Pudwalowi.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, suppremus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, dignitariis, officialibus, terrigenis, civitatum et opidorum proconsulibus et consulibus et aliis quibuslibet subditis nostris in terris Russie et Podolie ubilibet constitutis, presentibus requirentes, sincere nobis et fidelibus nostris dilectis graciam Regiam. Pro necessitate reipublice Regni nostri et utilitate decrevimus cameram cere in civitate nostra Leopoliensi instituere, quam commisimus huic nostro servitori Herman Pudwal gubernare et providere, quod vobis ideo notum esse volumus, ut nemo vestrum cum ipsa cera Leopolim pretergredi audeat et profundius cum ea in Regnum intrare, quoniam illic a vobis iusto precio emetur sine ullo damno vestro atque mora. Et si quis contra voluntatem nostram aliquid in hac re facere voluerit, commisimus ei omnes tales detinere et arestare. Vobis vero supradictis omnibus committimus et mandamus, ut ad requisicionem presencium in arestandis et detinendis eis prestetis ei consilium et auxilium, quocienscunque fuerit opportunum. Preterea volumus istud per vos apud omnes publicari debere, ne se ignorancia possint excusare. Datum in convencionem generali Pyotrkoviensi die Sabbato proximo post dominicam Conductus Pasce anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, Regni nostri anno quarto.

Commissio propria Domini Regis.

Oryginał papierowy w arch. miasta Lwowa w fasc. 65 nr. 1, na czerwonym wosku wyciśnięta sygnetowa pieczęć króla Jana Olbrachta znacznie uszkodzona.

CVII.

W Sandomierzu 18. Października 1496 r.

Jan Olbracht zwalnia miasto Lwów z obowiązku dostarczenia jednego wozu wojennego na obecną wyprawę.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithvanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres recognoscimus tenore presencium universis, quia famosis consulibus totique comunitati civitatis nostre Leopoliensis unum currum bellicum, per eos nobis pro presenti expeditione debitum, de nostra gracia singulari duximus indulgendum et indulgemus per presentes ita tamen, quod reliquum currum, dum eos avisaverimus, iuxta consuetudinem pro ipsa presenti expeditione nobis dare tenebuntur. Datum Sandomirie feria tertia festi sancti Luce ewangeliste anno Domini millesimo quadingentesimo nonagesimo sexto, Regni vero nostri quinto.

Commissio propria Domini Regis.

Oryginał papierowy w arch. m. Lwowa w fasc. 282 nr. 1, na wosku czerwonym wyciśnięta dość dobrze zachowana sygnetowa pieczęć króla Jana Olbrachta.

CVIII.

W Lublinie 22. Listopada 1496 r.

Jan Olbracht uwalnia mieszczan Nowego Sącza od opłaty wszelakich cel królewskich.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis theloneatoribus ponciumque et aggerum seu quorumcumque locorum custodibus civitatumque et opidorum nostrorum proconsulibus et consulibus thelonea nostra quomodocumque administrantibus, ubique in Regno nostro consistentibus presentibus requirentes, fidelibus nostris dilectis graciam nostram Regiam. Vobis et unicuique vestrum innotescimus, quia nos attentis gravibus dampnis et incomodis atque periculis civium et incolarum subditorumque nostrorum de Nova Sandecz, que in rebus et structurarum edificiis per ignis voraginem pestisque desolacionem tum et aliorum periculorum et incomodorum eis in confiniis Regni nostri existentibus sepius contingencium et imminencium novissime pertulerunt ipsosque ad priorem condicionem devenire cupientes restauracionemque eis faventes

ipsos ubique per loca illa, ubi nostra thelonea administrantur et exiguntur cum mercibus et rebus eorum quibusvis equitantes a solutione eorundem theloneorum nostrorum, tam ex antiquo per eos solvi inconsuetorum, tam etiam in convencionem Pyothreouiensi novissime habita per nos et consiliarios nostros laudatorum, absolvimus atque absolutos facimus tenore presencium mediante. Atque ideo vobis atque unicuique vestrum mandamus, omnino habere volentes, ut ipsos cives et subditos nostros ad solvenda thelonea ipsa tam noviter laudata, tam etiam illa, que ex antiquo solverent non consueverunt, contra iura ipsorum nostramque presentem absolucionem, quamdiu laudata sunt, non astringatis eaque ab eis non exigatis, sed eos ubique cum eorum rebus et mercibus libere permittatis et iuxta iura ipsorum nostrasque presentes literas conservetis et conservare faciatis, aliter non facientes. In cuius rei testimonium signetum nostrum est subimpressum. Datum in Lublin feria tertia post festum Presentacionis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, Regni vero nostri anno quinto.

Commissio propria Domini Regis sub signeto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 79. Na oryginale wyciśnięta u spodu na czerwonym wosku królewska pieczęć sygnetowa cokolwiek uszkodzona. Dokument ten wnieśli Sądeczanie do aktów radzieckich lwowskich, gdzie się znajduje w księdze: „*Acta offic. consular. Leopold.*“ tom I. pag. 748 nr. 2166 *ex anno 1496* z dość licznymi niedokładnościami. Morawski: Sądeczyzna II., 337 podaje dokument ten w tłumaczeniu polkiem.

CIX.

W Przemyślu 11. Maja 1497 r.

Jan Olbracht potwierdza prawa i przywileje nadane Przemyślowi przez poprzedników jego, zwłaszcza ojca Kazimierza.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam actus hominum, qui sub tempore fiunt, cito e memoria labuntur, nisi literarum apicibus et testium annotatione fuerint roborati, proinde nos Ioannes Albertus Dei gratia Rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Masoviae, supremus dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque ac Culmensis, Elbingensis et Pomeraniae etc. dominus et heres significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris, praesentium noticiam habituris, quomodo in nostra

et consiliariorum nostrorum, lateri nostro tunc assidentium, constituti praesentia famosi et circumspecti consules civitatis nostrae Praemisliensis nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsorum iura et privilegia per olim antecessores nostros Reges et Principes necnon serenissimum olim Principem dominum Casimirum Regem Poloniae, genitorem nostrum charissimum, data, largita et concessa gratiose approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Nos itaque de innata nobis benignitate favoralibiter annuentes petitioni consulum et civium eorundem tanquam iustae et rationabili volentesque ipsos specialibus gratiae nostrae prosequi favoribus et civitatis eiusdem nostrae conditionem facere meliorem, quo tempore felicitatis regiminis nostri uberiora accipiat incrementa, omnia iura et privilegia praefatae civitatis per antecessores nostros praedictos Reges et Principes iuste et legitime data, largita et concessa in omnibus punctis, positionibus, conditionibus et articulis universis ac si praesentibus inserta forent approbavimus, ratificavimus et confirmavimus approbamusque, ratificamus et confirmamus tenore praesentium mediante decernentes ea robur perpetuae firmitatis obtinere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio literarum. Actum Praemisliae feria quinta proxima ante festum Pentecosten anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni vero nostri anno quinto, praesentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Nicolao Episcopo Praemisliensi, necnon magnificis et generosis Spitecone de Iaroslav Cracoviensi, Nicolao de Tanczyn Russiae generali Palatinis, Stanislaw Kmitha de Wyssnicze Praemisliensi, Stanislaw Potoczky Gostinensi Castellanis, Ioanne Tirnka de Raczyborzany Campiductore Regni nostri Generali¹⁾, Nicolao Kamienieczsky Cracoviensi, Zawissio Roza de Borzischowycze Chelmensi Capitaneis et Curiae nostrae Succamerario, Christophero Cracoviensi Dapifero et Petro Vexillifero Curiae nostrae germanis de Schidlowyecz aliisque conpluribus dignitariis, officialibus et curiensibus nostris, syncere et fidelibus dilectis. Datum per manus venerabilis Vincentii de Przeramb Regni nostri Vicecancellarii, syncere nobis dilecti.

Relatio eiusdem venerabilis Vincentii de Przeramb Regni Poloniae Vicecancellarii.

Kopia dokumentu tego znajduje się w księdze nr. 287 str. 8 — 9 archiw. miejskiego w Przemyślu. Druga kopia urzędowa w r. 1776 z oryginału zdjęta znajduje się w Przemyślu w arch. sądu obwodowego w księdze nr. 3 zatytułowanej: *Privilegia per serenissimos Poloniae Reges etc* na str. 6 — 8.

¹⁾ O ile mi wiadomo nie było dotąd znane tak wczesne pojawienie się hetmana wielkiego koronnego (*Campiductor Regni Generalis*). Być może, że Jan Olbracht przeznaczał go tylko na wyprawę mołdawską. O osobistości Jana Tirnki z Raciborzan nie zresztą nie wiem. Wieś Raciborzany leży w powiecie limanowskim a z Mikołajem z Raciborzan spotykamy się pod r. 1361 (Kod. dyplom. polski III, 272). Co do autentyczności powyższego dokumentu nie obudzają się w nas żadne podejrzenia.

CX.

W Nowem Mieście Byble 17. Maja 1497 r.

Jan Hryćko dziedzic Nowego Miasta Bybła sprzedaje mieszczanom bybelskim grunta, na których niegdyś stały zabudowania dziedzicznego wójta tej miejscowości.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Cunctorum perit memoria factorum, nisi testibus veridicis ac scriptis certis fuerint roborata, prohinc ego Iohannes alias Hrzyczko de Nowomyastho alias Bybel ¹⁾ heres eiusdem pretacte civitatis, sanus mente pariter et corpore existens, sano fretus consilio amicorum meorum, tenore presencium recognosco universis et singulis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quia famatis consulibus Noue Ciuitatis alias Bybel vendidi aream seu planiciem una cum ortis, sepibus, graniciebus, ubi olim erat sita et erecta domus seu curia advocati hereditarii pretacti loci, iuxta urbem Noue Ciuitatis Bybel, eundo versus et ad superius molendinum, una cum campis, excrescenciis, pascuis olim ad advocaciam pertinentibus, nullam penitus sortem neque porcionem michi ibi reservando neque meis posteris perpetuis temporibus, et hoc tam late et longe, prout mei antecessores tenuerunt et cum illa porcione seu excrescencia campi et pratorum, quod et que erant olim generosi et honorabilis domini Iohannis Plebani et Advocati hereditarii Ciuitatis Noue Bybel, pro centum marcis minus una marca ²⁾ in una summa numeri et monete currentis in Regno Polonie, in quamlibet marcam computando quadraginta et octo grossos, tenebunt et possidebunt famati consules pretacti loci et civitatis et eorum successores prefatam aream seu planiciem, ortos, agros, pascua, excrescencias et prata olim ad advocaciam pertinentibus (*sic*) cum omnibus graniciebus, proventibus, censibus, emolumentis, lucris temporibus perpetuis, velut ego et mei antecessores tenuerunt. Habebunt insuper memorati famati consules et eorum posterii plenariam facultatem dirimendi prefatam aream in ortos aut sulcalia alias bethe, prout eis competencius et melius videbitur. Similiter agros, excrescencias alias obschar, pascua et prata diriment et dividunt in eorum usum. Concedo insuper famatis consulibus et eorum posteris predicti loci, ut valeant et possint edificare et construere ac erigere domos, horrea, stabula, scrophinia et alia quecumque edificia super predictam aream seu planiciem olim advocati hereditarii ac super agros et bonis immobilibus (*sic*) a me emptis. Que edificacio omnium et singulorum edificiorum sit et debet esse abs nocumento et dampno civitatis supradicte et eiusdem suburbii. Interea habebunt et tenebunt sepe memorati famati consules et eorum posterii viam inter ortos anteriores, usque in et

ad posteriores, ita ut illi, qui possidebunt posteriores ortos, valeant et possint ingressum et egressum habere cum curribus et aratris causa eorum laborum in prefatos ortos eviterne et irrecusabiliter. Que quidem via habebit locum et cursum inter ortum Iohannis Schober ex una et ortum honeste Rozencranczen altera partibus. Illi vero, qui ortos posteriores tenebunt, exempti et liberi erunt a melioracione et emendacione sepium tam Iohannis Schober, quam Rozencranczen eviternis temporibus, inter quos sepes via locum habet et currit. Si aliquis comparaverit et emet a famatis consulibus Noue Ciuitatis Bybel aut eorum posteris aliquem agrum aut excrescenciam olim ad advocaciam spectantem et errexerit seu edificaverit super eo aliquod edificium seu domum pro habitacione, talis michi non obligabitur neque astrictus erit neque meis posteris aliquem et ullum censum dare perpetue. Omnes et singuli, qui tenebunt iamdictos agros, exempti et liberi erunt a labore curiali alias hofferbth eviterne, sed famatis consulibus dicti loci obsecundabunt et subditi erunt ex parte prefatorum agrorum. Recipient et tollent eviterne famati consules et eorum posteri a pretactis ortis, agris, excrescenciis, pratis, pascuis omnem censum pro necessitate civili et communi bono perpetue. Egoque Iohannes Hrzyczko recognosco me plenariam solucionem ducentarum marcarum recepisse pro prefatis minus una marca ³⁾ bonis a famatis consulibus Noue Ciuitatis alias Bybel, quibus eadem bona immobilia pronuncio libere, eviterne. Et ego Iohannes alias Hrzyczko heres Noue Ciuitatis Bybel obligo me cum meis posteris famatos consules dicte civitatis et eorum successores tueri, defendere, protegere et intercedere a statu et persona utriusque sexus et signanter a generoso Olechno Skorutha et generoso Ieronimo fratre meo et eorum posteris, quod absit, si aliquid preiudicium et impedimentum pro predictis bonis immobilibus habuerint seu habebunt famati consules et eorum successores. In cuius rei evidenciam presentes iussi muniri et munivi subappensione mei sigilli. Actum et datum in Noua Ciuitate Bybel in ede advocati hereditarii feria quarta proxima post festa Penthecosten anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, presentibus ibidem magnifico Seuerino Vexillifero Leopoliensi, generoso Stanislao Barsy et fratre eius Andrea de Blozev et aliis quam pluribus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu Nowego Miasta Bybła; pieczęć oderwana, pozostał po niej tylko pasek pergaminowy. Dokument ten prócz w oryginale znajduje się jeszcze w tem samym miejscu w kopii pergaminowej współczesnej i w późniejszym ale bardzo niedokładnem tłumaczeniu na język polski.

¹⁾ Nowe Miasto miasteczko w powiecie bireckim.

²⁾ Porównaj sumę podaną poniżej.

³⁾ Porównaj sumę podaną powyżej.

CXI.

We Lwowie 17. Czerwca 1497 r.

Jan Olbracht przekazuje rajcom lwowskim na własność wagę królewską, dopóki Kafa, Kilia i Białogród nie przeszły na nowo w posiadanie chrześcijan.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam etc. Etsi principum excellencia consueverit se erga subditos suos exhibere liberalem, in eos tamen se magis gratiosam offerre tenetur, qui et fidelitate et in reipublice negotiis sollicitudine ceteros precellunt, proinde nos Iohannes Albertus Dei gratia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancitie, Cuyavie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis et singulis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, attentis famosorum consulum civitatis nostre Leopoliensis presentium fidelitate et benemeritis, quibus se nobis continue faciunt comendatos, atque de reipublice nostre commodo cura sollicita, quam exhibent in eiusdem civitatis prefate reparacione et munitione, volentesque eosdem ad eadem exhibenda tanto reddere promciores, quanto magis se noverint nostra munificencia refectos et consolatos, ipsis libram nostram in civitate prefata existentem dedimus, donavimus et contulimus damusque, donamus et conferimus, tenore presencium mediante, per ipsos consules et pro tempore existentes libram prefatam sub ea consuetudine et more, sub quo hactenus tenebatur, cum omnique iure, dominio et proprietate nec non censibus, proventibus, obvencionibus et attinenciis omnibus et singulis ad eandem quomodocumque spectantibus tenendam, possidendam, utifruendam pacificeque et quiete temporibus perpetuis gubernandam et in usus necessitatemque civitatis memorate convertendam tali tamen condicionem adiecta, quod, postquam favente Domino Capha, Kylia et Byalagrod ad dicionem et potestatem Christianam redierint, extunc ipsi consules de libra prefata racione census annui viginti marcas pecuniarum monete et numeri in Regno nostro comuniter currentis, in quamlibet marcam per quadraginta octo grossos computando, annis singulis nobis et nostris successoribus dare et solvere cum effectu tenebuntur. Residuum vero, quitquid ultra prefatas viginti marcas remanebit, ipsi consules prefati presentes et pro tempore existentes pro civitate predicta recipere et libere tollere debebunt sine nostra et officialium nostrorum quorumvis renitencia et impedimento, camera cere, in hac ipsa civitate per nos constituta, sub libertate plenaria remanente, taliter, quod cera nostra, que in libra prefata pro nobis

ponderabitur, ad solutionem libre predictam non debet obligari. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum Leopoli Sabato proximo post festum sancti Viti anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni vero nostri anno quinto, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo Leopoliensi, Nicolao Primus Premisliensi, Mathia Chelmensi Episcopo, necnon magnificis et generosis Iohanne Amor de Tharnow Castellano Cracoviensi, Spithkone de Iaroslav Cracoviensi, Nicolao de Thanczyn Russie, Iohanne de Coszczyelyecz Iunowladislaiensi Palatinis, Petro Kmytha de Vysznycze Marsalco Regni nostri, Andrea de Schamotuly Calissiensi, Raphaele de Lyeschno Gneznensi, Nicolao de Sthrzewow Visliciensi, Petro Myschkowski Rosperieni Castellanis et aliis quam pluribus dignitariis et officialibus curie nostre. Datum per manus venerabilis Vincencii de Przeramb Regni nostri Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Idem ipse Vincencius de Przeramb R. P.
Vicecancellarius manu propria subscripsit.

Relacio eiusdem venerabilis Vincencii
de Przeramb R. P. Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 285. Na sznurku skręconym z jedwabiu czerwonego, zielonego i białego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta. Na odwrotnej stronie współczesny napis: *Rta (Registrata) fo. XXXIII.*

CXII.

We Lwowie 19. Czerwca 1497 r.

Jan Olbracht wyrokuje, że mieszczanie lwowscy nie są obowiązani do opłaty cła żydaczowskiego, skoro do tego miasta z towarami nie dochodzą.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, suppremus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presencium noticiam habituris, quomodo, postquam coram nobis mota fuisset controversia et materia questionis inter generosum Auctum de Panyeyow Capitaneum nostrum Zydaczouiensem ex una et famosos consules et cives civitatis nostre Leopoliensis ex altera partibus pro et super solutione thelonei Zydaczouiensis tenute prefati Aucti, quod ipse exigere pretendebat a mercatoribus Leopoliensibus, mercancias suas exercentibus in oppidis et aliis locis inter civitatem prefatam Leopoliensem et oppidum Zydaczouiense prefatum mediantibus, non aggrediendo nec perveniendo ad prefatum oppidum Zydaczouiense, ipsis consulibus et civibus prefatis ex adverso contradicentibus

et allegantibus, se non debere haberi pro transgressoribus thelonei prefati nec teneri ad solucionem eiusdem, postquam non attingendo oppidum prefatum neque transeundo ultra illud non aggrediuntur nec transgrediuntur theloneum huiusmodi. Nos tandem auditis partium prefatarum hincinde propositis et responsis maturaque intra nos deliberacione prehabita, de consilio nostrorum consiliariorum, protunc nobis assistencium, pariter et assensu, inter partes prefatas diffinivimus et decrevimus diffinimusque et decernimus tenore presencium mediante, mercatores quoscunque Leopolienses merces (*sic*) suas exercentes in oppidis et aliis locis inter civitatem nostram prefatam Leopoliensem et prefatum oppidum Zydaczouiense mediantibus, non attingendo nec transgrediendo hoc ipsum oppidum Zydaczouiense, non debere haberi pro transgressoribus thelonei prefati Zydaczouiensis neque eosdem teneri et obligari ad solucionem eiusdem thelonei modo premissa. Quocirca tibi magnifico Nicolao de Thanczin Palatino Russie, sincere nobis dilecto, et palatinis atque capitaneis Leopoliensibus pro tempore existentibus committimus, omnino habere volentes, quatinus prefatos cives et mercatores nostros Leopolienses iuxta presens nostrum decretum eiusque vim, formam et tenorem auctoritate nostra conservetis et conservare faciatis, eosdem ab impediendis ipsos et huic decreto nostro contravenientibus eadem auctoritate nostra defensuri, sub obtentu gracie nostre aliter non facturi. Datum Leopoli feria secunda festi sanctorum Gervasii et Prothasii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni nostri anno quinto.

Idem ipse Vincencius de Przeramb R. P.
Vicecancellarius manu propria subscripsit.

Relacio venerabilis Vincencii de Przeramb Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 286. Na pasku pergaminowym zawieszona, na wosku czerwonym wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta. Na zewnętrznej stronie napis współczesny: *Rta (Registrata) fo. XXXV.*

CXIII.

We Lwowie 20. Czerwca 1497 r.

Jan Olbracht uwalnia mieszczan lwowskich od opłaty niedawno postanowionego cła.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, suppremus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo attentis famosorum civium nostrorum Leopoliensium fidelitate et

benemeritis, quibus se nobis faciunt continue commendatos, atque de reipublice nostre commodo cura sollicita, quam exhibent in eiusdem civitatis nostre reformatione, volentesque eosdem ad eadem exhibenda tanto reddere promciores, quanto magis se noverint nostra munificencia refectos et consolatos, ipsos a solutione thelonei novi, per nos et consiliarios nostros pro reipublice nostre utilitate novissime instituti, quoadusque duraverit, libertavimus et absolvimus libertamusque et liberos ac absolutos pronunciamus per presentes. Quocirca vobis omnibus theloneatoribus et officialibus nostris, ad exigendum theloneum nostrum superius expressum ubicunque deputatis et pro tempore existentibus, mandamus, omnino habere volentes, quatinus prefatos cives nostros Leopolienses unacum rebus ipsorum pro solutione eiusdem thelonei suprascripti non inquietetis ad quecunque loca Regni nostri devenerint, nichil ab eis et rebus eorum quibuscunque ratione thelonei suprascripti exigere presumentes, sub obtentu gracie nostre aliter non facturi. Datum Leopoli feria tertia proxima post festum sanctorum Gerasii et Prothasii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni vero nostri anno quinto.

Idem ipse Vincencius de Przeramb R. P.
Vicecancellarius manu propria subscripsit.

Relacio venerabilis Vincencii de Przeramb R. P. Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 287. Na pasku pergaminowym zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta. Na zewnętrznej stronie napis współczesny: *Rta (Registrata) fo. XXXV.*

CXIV.

We Lwowie 21. Czerwca 1497 r.

Jan Olbracht zatwierdza wszelkie przywileje dawniej przez poprzedników jego miastu Lwovu nadane.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam etc. Ne gesta sub tempore vertencia inimica rerum oblivio ab hominum deleteret memoria, sagax humana racio consuevit ea stili artificio ac testium annotatione perhennare, proinde nos Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quo-

modo habentes in prospectu constanciam fideique integritatem famosorum consulum tociusque communitatis civitatis nostre Leopoliensis, quibus apud nos continue et singulariter se faciunt commendatos, horum itaque intuitu, volentes eosdem tanto magis nobis reddere affectos et ad rem publicam nostram proseguendam intentos, quanto magis se perceperint nostre Celsitudinis gracia et beneficiis specialibus consolatos et, ut sub nostri felicis regiminis tempore uberiora accipiant incrementa, itaque de nostra speciali gracia animoque benivolo omnia et singula iura et privilegia civitati prefate Leopoliensi per antecessores nostros Reges et Principes quoscunque, super quibuscunque bonis et libertatibus, sub quibuscunque datis in vita ipsorum iuste et legitime largita, data et concessa in omnibus punctis, clausulis, condicionibus et articulis universis ac si presentibus inserta forent approbavimus, ratificavimus et confirmavimus approbamusque, ratificamus et confirmamus tenore presencium mediante decernentes ea robur perpetue firmitatis obtinere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum Leopoli feria quarta proxima ante festum sancti Iohannis Baptiste anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni vero nostri anno quinto, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Andrea Rosa Archiepiscopo Leopoliensi, Nicolao Primus Premisliensi, Mathia Chelmensi Episcopis, nec non magnificis et generosis Nicolao de Thanczin Russie, Iohanne de Cosczyelyecz Iunowladislawiensi Palatinis, Petro Kmytha de Vysznycze Regni nostri Marsalco Generali, Andrea de Schamotvly Calyssiensi, Raphaele de Lyeschno Gnesnensi et curie nostre Marsalco, Nicolao de Strzezow Visliciensi, Petro Myschkowsky Rosperiensis Castellanis, Iohanne de Tharnow Vexillifero Cracoviensi et aliis quam plurimis dignitariis et officialibus curie nostre. Datum per manus venerabilis Vincencii de Przeramb Regni nostri Vicecancellarii sincere nobis dilecti.

Idem ipse Vincencius de Przeramb R. P.
Vicecancellarius manu propria subscripsit.

Relacio venerabilis Vincencii de Przeramb R. P. Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 288. Na sznurku skręconym z jedwabiu zielonego, czerwonego i białego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta. Na odwrotnej stronie współczesną ręką napisano: *Rta (Registrata) fo. LXX.*

CXV.

Na polu koło rzeki Dniestru 16. Sierpnia 1497 r.

Mikołaj z Tęczyna, wojewoda i starosta ziemi ruskiej generalny, uwalnia na rozkaz królewski Hieronima Wysockiego z Krzniłowa od udziału w wyprawie mołdawskiej.

(*Nicolaus*) de Thanczyn Pallatinus et Capitaneus (*R*)ussie generalis notum facimus (*tenor*)e presencium universis, quibus expedit, quod nobilem Ieronimum (*V*)isoczky heredem de Krznylow ¹⁾ ex (*s*)peciali mandato et voluntate Regie Magestatis de omnibus bonis suis hereditariis a presenti bellica expeditione Moldawiensi remissimus tenoreque presencium remittimus, propter eiusdem Ieronimi Wysoczky tum per comunem tuicionem, tum eciam per belligeres bonorum anichilacionem; ita tamen, ut idem Ieronimus Wysoczky pro tuicione et servicio neccessario castris Glynyany pro ²⁾ tempore belli eiusdem interfiat iuxta voluntatem et mandatum Regie Magestatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subimpressum. Datum in loco campestri circa fluvium Dnyestr feria quarta post festum Asumcionis Marie proxima anno Domini 1497.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Inscr.* 5. str. 1500 na roczkach: „*Acta sunt hec feria quinta in crastino Epifaniarum Domini (7. Stycznia) anno Eiusdem millesimo quingentesimo primo*“ a to skutkiem skargi Krzysztofa Ormianina, że Hieronim nie brał udziału w wyprawie mołdawskiej. Sąd komisarski odroczył wyrok w tej sprawie do najbliższego sejmku piotrkowskiego. Kopia u góry cokolwiek uszkodzona.

¹⁾ W toku procesu nazwano tę wieś „Krzmylow“ a Wysockiego „Krzmylowsky.“ Skniłów wieś w starostwie lwowskim.

²⁾ W kopii „*per.*“

CXVII.

We Lwowie 8. Grudnia 1497 r.

Jan Olbracht, rozstrzygając spór o zabrane dokumenta pomiędzy rajcami lwowskimi a małżonkami Piotrem i Urszulą Zwartowskimi, nakazuje rajcom zwrócić tymże małżonkom sporne dokumenta.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presentium notitiam habituris, quomodo orta coram nobis controversia et materia questionis inter famosos consules civitatis nostre Leopoliensis ex una et nobilem Petrum Zwarthowsky et Vrsulam consortem suam parte ex altera pro certis litteris super predium et hereditatem Olhowsko ¹⁾ et nonnullas alias eiusdem predii pertinencias servientibus, quas prefati consules ipsis per antecessores Vrsule eiusdem ex ea causa, quod eas male et in detractionem iurium civitatis impetrassent, ex antiquo restitutas fuisse, allegabant, prefato Petro Zwarthowsky ex adverso allegante, ipsos antecessores habuisse et habere in sua potestate litteras predictas adeo usque, quod per ipsos consules de manibus olim famosi Hanel ipsorum concivis de facto recepte erant, hoc ipsum litteris olim magnifici Andree Odrowansch Capitanei Leopoliensis comprobando. Tandem post multas partium earundem hinc inde disceptationes, recepto consiliariorum nostrorum, lateri nostro tunc assidentium, consilio et deliberacione, decrevimus presentibusque decernimus prefatas litteras, de quibus inter partes prefatas controversia erat, Petro prefato Zwarthowsky et eius consorti Vrsule per prefatos consules Leopolienses restituendas fore et restitui debere irrecuse, sine tamen damno et preiudicio iurium civitatis predictae. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Leopoli feria sexta festi Concepcionis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni vero nostri sexto.

Idem ipse Vincencius Vicecancellarius
subscripsit.

Relatio venerabilis Vincencii de Przeramb Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 292. Na sznurku skręconym z jedwabiu czarnego i czerwonego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta. Na odwrotnej stronie napis współczesną ręką: *De quadam difinitione controversiarum pro Holowszko inter cives et heredes illius 1497.*

¹⁾ Dzisiaj Hołosko wieś pod Lwowem.

CXVIII.

We Lwowie 8. Grudnia 1497 r.

Jan Olbracht rozstrzyga spór pomiędzy Janem Krowickim dziekanem i rajcami lwowskimi o prawo kupczenia Ormian i Rusinów na przedmieściu lwowskiem około kościoła św. Jana na korzyść tychże rajców.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithuanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo orta nuper coram nobis controversia et materia questionis inter venerabilem Iohannem Crowiczski Decanum ex una et consules totamque communitatem civitatis nostre Leopoliensis parte ex altera occasione Armenorum et Rutenorum suorum, in suburbio Leopoliensi circum circa ecclesiam sancti Iohannis consistencium, pro et super ipsorum negociacione et mercatura, quam ipse Decanus pro eis usurpare nitebatur, iura et privilegia se desuper habere asseverando, consulibus ex adverso, se privilegiis et libertatibus civitati prefate concessis opponentibus, tandem post multas altercaciones controversiasque et disceptaciones in causa hac ipsa habitas, exauditis partibus eisdem revisisque hincinde et diligenter auscultatis privilegiis et libertatibus earum, comperimus Armenos et Ruthenos eosdem in ipsa mercatura quomodolibet exercenda nichil iuris habere neque habuisse et ideo de unanimi consiliariorum consilio et voluntate decrevimus et presentibus decernimus, consules totamque communitatem civitatis prefate Leopoliensis circa iura et privilegia ipsorum conservandos esse et conservari debere, Armenos vero et Ruthenos suprascriptos, dicioni eiusdem ipsius Iohannis Decani subiectos, ab exercendis negociationibus et mercaturis eiusmodi prohibendos esse et penitus prohiberi debere sub ea tamen condicione, si alii suburbani, iurisdicioni civili immediate subiecti, mercaturam prefatam non exercebunt, alias in contrarium facientes penas in privilegiis depositi civitatis eiusdem Leopoliensis expressas incurrant ipso facto. Pro tanto universis et singulis capitaneis nostris Leopoliensibus et aliis capitaneis, circum circa ubilibet consistentibus eorumque vicesgerentibus et officialibus quibuslibet, presentibus requirendo, mandamus, omnino habere volentes, quatinus Armenos et Ruthenos prefatos, mercaturas et negociaciones easdem exercentes depositumque civitatis suprascripte transgredientes, ubicunque eos comperieritis, arrestetis et pro modo excessus iuxta privilegia depositi predicti civitatis eiusdem Leopoliensis castigetis et puniatis, consilium et auxilium necessarium consulibus suprascriptis ad hoc daturi. Harum qui-

bus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Leopoli feria sexta festi Concepcionis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni vero nostri sexto.

Idem ipse Vincentius Vicecancellarius
subscripsit.

Relacio venerabilis Vincencii de Przeramb Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr 291. Na sznurku skręconym z jedwabiu czerwonego i żółtego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta.

CXIX.

We Lwowie 8. Grudnia 1497 r.

Jan Olbracht zakazuje Ormianom, Rusinom, Żydom i innym kupcom na przedmieściach lwowskich zamieszkałym kupczyć ze szkodą składu lwowskiego.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithuanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quia vidimus privilegia et libertates consulum et totius communitatis civitatis nostre Leopoliensis, quas coram nobis exhibuerunt humiliter querulantes, quomodo Armeni, Rutheni, Iudei et alie nationes in suburbiis civitatis eiusdem Leopoliensis existentes ipsos in negociacione et mercaturis ipsorum impedirent in eorum et civitatis eiusdem destructionem. Tandem nos, revisis privilegiis et libertatibus civitatis predicte, de unanimi consiliariorum nostrorum consilio et voluntate decrevimus et presentibus decernimus, consules et communitatem predicte civitatis Leopoliensis circa eorum privilegia et libertates predictas conservandos esse et conservari debere, Armenos vero, Ruthenos et Iudeos atque alias naciones omnes predictos suburbanos nullomodo admittendos esse et admitti debere ad exercendas negociaciones et mercaturas supradictas, que essent in preiudicium civitatis predicte, nisi de contrario haberent privilegia talia per antecessores nostros concessa, que privilegiis civilibus deberent vel possent merito derogare, hoc tamen proviso, si alii suburbani, iurisdicioni civili immediate subiecti, mercaturam prefatam non exercebunt, alias in contrarium facientes, ipso facto, penas in privilegiis depositi civitatis eiusdem Leopoliensis expressas incurrunt. Quocirca universis et singulis capitaneis nostris Leopoliensibus et aliis capitaneis, circum circa ubilibet consistentibus, eorumque vicesgerentibus, presentibus requirendo, mandamus, omnino habere volentes, quatinus Armenos, Ruthenos et Iudeos aliasque naciones

omnes predictas mercaturas et negociaciones predictas exercentes depositumque civitatis prescripte transgredientes, ubicunque eos comperieritis, arrestetis et pro excessu iuxta privilegia depositi civitatis eiusdem castigetis et puniatis, consulibus suprascriptis consilium et auxilium necessarium ad hoc daturi. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Leopoli feria sexta festi Conceptionis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Regni nostri sexto.

Idem ipse Vincencius Vicecancellarius
subscripsit.

Relacio venerabilis Vincencii de Przeramb
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 290. Na sznurku skręconym z jedwabiu czerwonego i niebieskiego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć króla Jana Olbrachta.

CXX.

Bez miejsca 2. Stycznia 1498 r.

Rajcy miast na Rusi położonych a mianowicie przemyscy, samborscy, żydaczowscy, stryjscy, grodecy, wisznińscy, mościscy, bóbrscy, halicy, rohatyńscy, buscy, dunajewscy i gołogórcy poświadczają, że poddanym dziekana przy kościele św. Jana we Lwowie tak katolikom jako Rusinom i Ormianom zawsze przysługiwało prawo kupczenia.

Nos consules civitatum et opidorum in terris Russie constituti videlicet Premislienses, Samborienses, Zydaczouienses, Strigenses, Grodeczenses, Vyszcnenses, Moczyska, Bobrka, Haliczienses, Rohatynenses, Busko, Dwnayowienses et Golgori significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quod ab annis dudum transactis, prout extat memorie hominum cognitum, quia omnes et singuli utriusque sexus homines tam Katholici, Rutheni, Armeni, subditi domini Decani ad sanctum Iohannem extra muros Leopolienses consistentes, cum suis mercibus ad annualia fora et quotidiana deputata veniebant et nunc veniunt pannos incidentes pro bobus aut aliis rebus commutandis mercabantur et forisabant nulla alicuius auctoritatis prohibicione, libere stando et mercando ad beneplacitum ipsorum iuxta privilegia a Regibus sancte memorie concessa pro hominibus Armenis eciam et scismaticis hominibusque cuiuslibet status absque quavis condicione libere venire, stare, mercari, vendere et quevis alia negocia

peragere libertatem in omnibus habentes. Ad cuius rei evidenciam nostra sigilla ad presentem literam apposuimus et appendimus. Actum et datum feria tertia in crastino Circumcisionis Domini anno Domini 1498.

Ex libro act. offic. consular. Leopold. tom I. p. 763 nr. 2210 ex a. 1498.

CXXI.

W Krakowie 15. Marca 1498 r.

Jan Olbracht nadaje Stanisławowi Konięcpolskiemu za usługi wyświadczone w wojnie moldawskiej dobra Karniów, Łuczyce, Deszno i Waszlyn w ziemi krakowskiej, odebrane Przedborowi i Jakóbowi Dębieńskiemu za odciąganie się od tejże wojny.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Consueverunt alta Regum et Principum consilia equo iusticie moderamine emeritos suos et benivolos debitis prosequi favoribus, temerarios vero et inobedientes condignis punire castigacionibus, proinde nos Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, suppremus dux Lithvanie, Russie Prussieque, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Mazouie ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo attentis fidelibus serviciis et benemeritis generosi Stanislai de Konyeczpolye terrigene nostri, quibus se nobis in hac presenti expedicione bellica Moldauiensi reddidit comendatum, sibi bona nobilium Predborii, que habet in villis Carmiow ¹⁾, Luczycze ²⁾, Deschno ³⁾ et Vaschlyn ⁴⁾, nec non obligacionem Iacobi Dambyensky et uxoris eius, quam habent in villis Lubyczsko et Carsy ⁵⁾ in terra Cracouiensi sitis ac alia, quecunque et ubicunque habent, quibuscunque nominibus vocitentur, propter eorum inobedienciam a belloque nostro Moldauiensi proxime preterito absenciam et ad hoc ipsum non expedicionem ad nos ex statuto Regni nostri legittime devoluta, dedimus, donavimus et contulimus damusque, donamus et conferimus tenore presencium mediante, per ipsum Stanislaum de Konyeczpolye eiusque legitimos successores bona prefata cum omni iure, dominio et proprietate, nec non censibus, fructibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, borris, gaiis, nemoribus, mericis, quercetis, indaginibus, fluviis, fluminibus, torrentibus, aquis et earum decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis et eorum emolimentis ac omnibus et singulis pertinenciis obvencionibusque universis ad bona prefata pertinen-

tibus, nullis exceptis, ita late, longe et circumferencialiter, prout alias prefati terrigene bona eadem tenuerunt, habuerunt et possederunt, tenendum, habendum, utifruendum, pacifice et quiete temporibus perpetuis et in evum possidendum, obtinendum, dandum, donandum, vendendum, comutandum, obligandum, alienandum et in suos suorumque successorum usus beneplacitos convertendum, iuribus nostris Regalibus semper salvis et eo presentibus expresso, quod, si que bona prefata sint nostra Regalia, illa sub presenti donacione nolumus comprehendere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Actum Cracouie feria quinta ante dominicam Oculi proxima anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, Regni vero nostri anno sexto, presentibus reverendis patribus Andrea Roza Archiepiscopo Leopoliensi, Nicolao Primus Episcopo Premisliensi ac magnificis et generosis Petro de Curozwaky (*sic*) Castellano Sandomiriensi et Regni nostri Thezaurario, Raphaele de Leschno Castellano Gneznensi, Nicolao de Curozwaky Castellano Siradiensi, Nicolao de Kamyenyecz Cracouiensi et Sanocensi Capitaneo, Petro Schidlowyeczky Vexillifero Curie nostre ceterisque dignitariis et officialibus et curiensibus nostris fide dignis sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus venerabilis de Przeramb Regni nostri Vicencancellarii, sincere nobis dilecti.

Idem ipse Vincencius Vicecancellarius
subscripsit.

Relacio eiusdem venerabilis Vincencii de
Przeramb Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryg. pergaminowy w zakładzie imienia Ossolińskich nr. 642. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym wisiła, zaginęła.

- 1) Karniów wieś w starostwie krakowskim.
- 2) Łuczyce wieś w starostwie przemyskim.
- 3) Deszno z Wołuszową wieś w starostwie sanockim.
- 4) Vaschlyn, nie mogłem odszukać.
- 5) Lubiczko i Karsy wsie w starostwie dąbrowskim.

CXXII.

W Krakowie 30. Kwietnia 1498 r.

Jan Olbracht zapisuje 40 grzywien dwom Sienkom Sutkowskim, mieszczanom drohobyckim, na połowie tych gruntów w dobrach królewskich Dobrzyliczycach w powiecie samborskim, które poprzednio trzymali w kwocie 80 grzywien.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithuanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo venientes ad presenciam nostri providi Syenko et alter Syenko dicti Suthkowscy cives nostri Drohobiczenses tam mente et corpore existentes salubri, amicorum suorum freti consilio, non compulsi, non coacti, nec aliquo errore devio seducti, matura deliberacione prehabita, dimiserunt nobis et libere resignaverunt certos agros, campos et prata in bonis nostris Dobrziliczicze¹⁾ in districtu Zamboriensi consistentes, in quibus habebant octoaginta marcas pecunie in Regno currentis per nostros antecessores inscriptas et obligatas, litterasque per eos desuper habitas restituerunt nobis. Nos itaque volentes ipsis subditis et civibus nostris utrique Syenko dictis Suthkowscy eam benivolenciam, qua in nos usi sunt, gracia nostra compensare, ipsis quadraginta marcas pecuniarum monete in Regno currentis, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando, in medietate predictorum agrorum seu camporum et pratorum taliter per eos nobis resignatorum demonstravimus et inscripsimus demonstramusque et inscribimus presentibus litteris nostris, per ipsos Syenkones Suthkowscy cives nostros Drohobiczenses eorumque successores legitimos medietatem dictorum agrorum et pratorum cum omni iure, dominio et proprietate tenendum, habendum, utifruendum, pacifice quoque et quiete possidendum tandiu, quousque predictae quadraginta marce pecuniarum per nos vel nostros successores ipsis vel eorum successoribus plenarie fuerint persolute. Quibus solutis possessio tandem medietatis agrorum et pratorum prefatorum ad nos pleno iure redibit et revertetur viceversa, iuribus nostris Regalibus per omnia semper salvis. Insuper eciam dictos Syenkones ab omni expedicione bellica, quam de medietate (*sic*) agrorum et pratorum prefatorum nobis servire tenerentur tandiu, donec ab eisdem eosdem agros non exemerimus, absolvimus et liberos dimittimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovie feria secunda proxima ante

festum sanctorum Philipi et Iacobi apostolorum anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, Regni vero nostri anno sexto.

Idem ipse Vincencius Vicecancellarius
subscripsit.

Relacio venerabilis Vincencii de Przeramb
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Drohobycza. Na pasku pergaminowym zawieszona, na czarnym wosku wyciśnięta, mniejsza pieczęć królewska, cokolwiek uszkodzona. Na odwrotnej stronie napis z XVII wieku: *Okorosz alias Dobore Lezyce*.

¹⁾ *Dobrziliczicze*, miejscowości tej nazwy odszukać nie mogłem. Prawdopodobnie jest to dzisiejsza wieś Korośnica w starostwie drohobyckiem. Według zapiski bowiem na odwrotnej stronie dokumentu, którą powyżej podaję, wieś ta w XVII. wieku nosiła podobną nazwę.

CXXIII.

W Tarnowie 8. Sierpnia 1498 r.

Jan Amor Tarnowski kasztelan krakowski prezentuje kardynałowi Fryderykowi na plebanią we wsi Podole Alberta plebana, który się zamieniał z plebanem Maciejem za plebanią w Jodłówce.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Friderico miseracione Divina sacrosancte Romane ecclesie sancte Lucie in Septem Soliis Presbitero Cardinali, Archiepiscopo Gneznensi et Primati et Episcopo Cracouiensi, domino generoso Iohannes Amor de Tharnow Castellanus Cracouiensis ¹⁾ obsequium assidue paratum aut sue Reverendissime Paternitatis in spiritualibus Vicario Cracouiensi generali, patri honorando, benevolenciam totam. Quia honorabilis dominus Mathias Plebanus in villa Podole ²⁾, ecclesiam suam in ibidem honorabili domino Alberto Plebano in Iodlowka ³⁾ ex causa permutacionis resignavit, deliberavit, eiusquidem ecclesie ius patronatus in Podole ad nos pleno iure dinoscitur pertinere, eapropter Vestram Reverendissimam Paternitatem rogamus continuis, dum et quando ipse Mathias modernus dicte ecclesie in Podole possessor, eidem Alberto ex causa permutacionis in manibus Vestre Reverendissime Paternitatis resignaverit, ad eandem ecclesiam in dicto Podole ipsum Albertum Vestre Reverendissime Paternitati presentamus, quem de dicta ecclesia per manus inposicionem ⁴⁾ suo capiti instituere et favorose investire dignetur, curam animarum et administrationem temporalium sibi in eadem commitendo; prout hoc ipsum ad officium Vestre

Reverendissime Paternitatis pertinet pastorale. In quorum fidem sigillum nostrum est presentibus subappensum. Datum in Tarnow feria quarta ante sanctum Laurentium anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

Oryg. pergaminowy w posiadaniu zakładu im. Ossolińskich. Po pieczęci pozostał tylko pergaminowy pasek.

1) Porównaj poniżej dok. nr. CXXXIII.

2) Podole z Gurową i Podglinikiem wieś w starostwie nowosądeckiem.

3) Jodłówka wieś w starostwie tarnowskiem.

4) Na boku ręką tego samego pisarza.

CXXIV.

W Krakowie 4. Stycznia 1499 r.

Jan Olbracht udziela glejt bezpieczeństwa dla Jana Stefana wojewody mołdawskiego i kupców mołdawskich.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus
dux Litwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc.

significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quia de certa sciencia nostra magnifico Iohanni Stepphano Pallatino Moldaue subditisque suis mercatoribus cum mercibus generis et maneriei cuiuslibet ad civitatem nostram Leopoliensem mercature gracia veniendi seu mittendi in eademque civitate nostra Leopoliensi mercandi et merces quaslibet, quas secum adduxerint seu illuc duxerint, exponendi, vendendi, res pro rebus commutandi et cambiendi et tandem in eadem civitate nostra standi, morandi et pausandi, quamdiu res et merces ipsorum vendiderint vel pro rebus aliis commutaverint, exindeque ad propria cum rebus et mercibus eorum, si illas habuerint, redeundi tute, libere, secure et pacifice sub tutela et proteccione nostra, personis et rebus universis ipsorum salvis, nostrum presentem salvum conductum Christianicum, Regium dedimus et concessimus damusque et concedimus. Quem quidem salvum conductum nostrum in omnibus punctis inviolabiliter tenere promittimus et ab universis subditis nostris teneri precipimus presentibus sic tamen, quod theloneis introitibusque consuetis nostris more mercatorum aliorum satisfacere teneantur. Harum quibus sigillum nostrum est subappressum testimonio literarum. Datum Cracouie

feria sexta in vigilia vigilie Epiphanie Domini anno Eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, Regni vero nostri septimo.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie
Cancellarius subscripsit.

Ad mandatum Maiestatis Regie.

Ex lib. act. offic. consular. Leop. tom I pag. 782. nr. 2264. ex anno 1499.

CXXV.

W Krakowie 15. Marca 1499 r.

Jan Olbracht zabrania sądom i urzędnikom przyjmować sprawy wniesione przeciw mieszczanom nowosądeckim z omińciem jurysdykcji wójta miasta.

Ioannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostre Magestatis consiliariorumque Regni nostri venientes presenciam famosi viri consules civitatis nostre Nove Sandecz querulosa naracione deduxerunt, quomodo per certas personas in preiudicium et lesionem iurium et munimentorum eorum, que a predecessoribus nostris optinere, de iure ipsorum Theutonico Maydburgiensi civili seu extra iurisdictionem ipsorum ad iudicia extranea dignitariorum et officialium Regni nostri et presertim ad iudicia sive iurisdictiones iuris suppremi Theutonici Maydburgiensi castri nostri Cracouiensis et alias, non petita nec requisita prius iusticie ministracione ab advocato seu iudice civitatis predicte, plerumque evocantur et citantur, per quod iura ipsorum admodum diminuuntur et leduntur, produxerunt quoque litteras serenissimi olim domini Wladislai Regis Polonie, predecessoris nostri, quibus ab omni Regni nostri palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum ac quorumcumque dignitariorum et officialium potestate iurisdictioneque eximuntur et perpetuo liberantur sub hac sententia et forma, quod cives civitatis pretacte coram ipsorum advocato in omnibus causis debent respondere, advocatus vero coram nostra Magestate iure Theutonico Maydburgiensi respondere sit astrictus, prout hoc huiusmodi littere in effectibus suis efficaciter deducunt et demonstrant. Nos igitur visis, auditis et diligenter practicatis huiusmodi, ut premissum est, iuribus ipsorum, volentes cuilibet, ut ex assumpto Regie Dignitatis tenemur officio, iura iusta conservare illesa et inconcussa maturoque et diligenti consiliariorum Regni cum consilio prefatis nostris civibus

pretactam libertatem et ius conservare volumus inconcussum ac conservamus tenore presencium mediante. Quocirca vobis palatinis, capitaneis, iudicibus, subiudicibus ceterisque dignitariis et officialibus per et infra Regnum nostrum ubilibet consistentibus et presertim advocato seu iudici eiusque assessoribus iudicii iuris suppremi Theutonici castri nostri Cracouiensis pro tempore existentibus committimus et mandamus, quatenus prefatos cives nostros Sandecenses ad instanciam quarumcumque personarum ad vestri evocatos et citatos presenciam iudicare, sentenciare, condemnare nullo modo presumatis, sed ipsos secundum iura et munimenta ipsorum eisdem in hac parte per predecessores nostros data et concessa inviolabiliter conservetis, hoc tamen dempto et excepto, quod si cuiquam universaliter vel singulariter de eis querulanti coram advocato ipsorum expedita et completa ex aliquibus certis causis iusticia ministrari non possit, extunc huiusmodi querulanti eos cives ad iudicium iuris suppremi evocanti omnes universaliter aut aliquis ipsorum singulariter coram iudicibus iuris predicti suppremi respondere predicto iure Theutonico Maydburgensi tenebuntur. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subimpressum testimonio litterarum. Actum et datum Cracouie feria sexta proxima ante dominicam Iudica anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, Regni vero nostri septimo.

Relacio reverendi in Christo patris domini Vincencii
Episcopi Plocensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał perg. w archiwum miejskiem nowosądeckiem nr. 80. Pieczęć mniejszą królewską, wyciśniętą na czerwonym wosku, przyłożono w ten sposób u spodu dokumentu, że przytwierdza skrawek pergaminu przez 2 dziurki przeciągnięty. Po niej pozostały szczątki tak, że widać wspomniany skrawek pergaminu.

CXXVI.

W Krakowie 18. Kwietnia 1499 r.

Jan Olbracht uwalnia mieszczan lwowskich na lat 15 od opłaty wszelkich ceł od towarów w całym królestwie polskiem.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lytwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo attendentes opidorum, villarum et possessionum circum circa civitatem Leopoliensem sitorum sitarumque ac eciam eiusdem civitatis suburbiorum

devastacionem et incineracionem per Thurcos et Thartaros, hostes nostros, nuper commissam, de quibus civitas ipsa victum et comoda habere consueverat, exindeque intelligentes civitatem ipsam plurimum angustiatam esse et incolis eiusdem incolatum in ea hac tempestate plurimum difficilem, volentes propterea eos ipsos Leopolienses cives efficere consolatos ipsis universisque et singulis eiusdem civitatis incolis de consilio consiliariorum nostrorum, huc nobiscum existencium, concedendum, admittendum et indulgendum duximus concedimusque, admittimus et indulgemus presentibus, ut ipsi et quilibet ipsorum cum mercibus et pro mercibus quibuslibet, videlicet equis, bobus, pecoribus, pecudibus, curribus, pannis et rebus ac mercibus aliis universis, nullis exceptis, cuiuscumque res et merces ipse generis et maneriei existant, per Regnum et dominia nostra, per omnia theoloneorum, pontalium, navigiorum, aggeralium et aliorum introituum loca nostrorum absque omni eorundem introituum nostrorum scilicet theoloneorum, navigiorum, aggeralium et pontalium solucione ac sine impedimentis et arrestis proficisci, pergere et redire libere et pacifice valeant, presencium vigore literarum nostrarum. Quasquidem gratiamque et indultum predictum nostrum hinc usque ad decursum duntaxat quindecim annorum a data presencium computandorum decernimus valituras, tenore presencium mediante; quorum universis et singulis dignitariis et officialibus supradictis introituum predictorum nostrorum factoribus, notariis, exactoribus substitutisque eorundem sive ex arenda sive fide bona constitutis, qui sive presencium sive aliorum mandatorum nostrorum in patentibus literis scriptorum vigore requiremini, mandamus, ut ipsos Leopolienses incolas, status et condicionis cuiuslibet, circa presentem gratiam atque indultum nostrum conservare debeatis theoloneorumque, navigiorum, pontalium et aggeralium soluciones ex eis exigere non presumatis hinc ad decursum usque annorum quindecim. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracouie in convencione feria quinta proxima post festum sanctorum Tiburcii et Valeriani anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, Regni vero nostri septimo.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie
Cancellarius subscripsit.

Relacio reverendi in Christo patris domini
Creslai Episcopi Wladislaiensis et Regni
Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 293. Na pasku pergaminowym zawieszona, na wosku czerwonym wyciśnięta, większa pieczęć królewska.

CXXVII.

W Krakowie 30. Kwietnia 1499 r.

Jan Olbracht uwalnia miasto Busk od opłaty ceł, mostowego, groblowego i t. d.

IOANNES ALBERTUS DEI GRATIA REX POLONIE, supremus dux Lithwanię, Russie Prussięque dominus et heres significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo attendentes annihilacionem oppidi nostri Busko ¹⁾ et incinerationem suburbiorum eiusdem tandemque paupertatem incolarum oppidum illud inhabitantium et presertim devastationem et depopulationem terrarum nostrarum Russie, ex quibus sicut aliarum civitatum et oppidorum Russie incole sic ipsi Buscenses oppidani victum et lucra mercari consueverant, intelligentesque, quod nisi in profundiora Regni nostri loca mercatum pergerent vix aliter se in eodem oppido continerent, qua propter, quum adtransitus distanciorum locorum insufficientes essent, idcirco volentes utcunque eos consolatos efficere ac ad mercaturas in remocioribus locis exercendas libertate Regia eisdem subvenire, de speciali gratia, favore et benignitate nostris Regiis ac consiliariorum nostrorum consilio accedenti, eisdem civibus sive oppidanis oppidi nostri Busko in terris Russie siti incolis ipsis oppidum illud nunc et in futurum inhabitantibus admittendum, concedendum et indulgendum duximus admittimusque, concedimus et indulgemus presentibus cum mercibus et pro mercibus quibuslibet, cuiuscunque merces et res ipse generis et maneriei fuerint, per Regnum et dominia nostra ac universorum et singulorum theloneorum, navigiorum, aggeralium et pontalium ac aliorum introituum nostrorum loca proficiscendi, pergendi, eundi et redeundi libere et pacifice absque omni eorundem theloneorum, navigiorum, aggeralium et pontalium nostrorum solucione impedimentis et arestis. Quocirca universis et singulis dignitariis, officialibus, theloneatoribus, pontalium, navigiorum et aggeralium custodibus ceterisque subditis nostris, ubilibet in Regno nostro constitutis, presentibus requirendo mandamus, (*omnino*) habere volentes, ut ipsos oppidanos Buscenses sive incolas universos per omnia navigiorum, aggeralium et pontalium nostrorum loca proficisci, pergere, progredi et redire pacifice et quiete libereque permittatis et per alios permitti faciatis totiens, quotiens sive de Busko eundo sive redeundo apud vos constituti fuerint; secus facere non ausuri gratie sub obtentu nostre. Volentes presentis indulti nostri et gratie nostre literas ad beneplacitum duntaxat nostrum robur obtinere firmitatis tenore presentium mediante. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracouie

in conventione feria tertia in vigilia sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum anno Domini millesimo quadringentissimo nonagesimo nono, Regni nostri anno septimo.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie
Cancellarius subscripsit.

Relacio reverendi in Christo patris domini
Creslai Episcopi Wladislauiensis et Regni
Polonie Cancellarii.

Oblatowano z transumtu Zygmunta Augusta wydanego w Krakowie 2. Kwietnia 1550 r. w *Castr. Leop.* t. 328. str. 80—82, na roczkach: „*Feria quarta ante festum sanctae Catherinae proxima anno 1550*“ (19. Listopada).

¹⁾ Busk miasto w starostwie kamioneckiem.

CXXVIII.

W Krakowie 5. Maja 1499 r.

Jan Olbracht poleca Andrzejowi arcybiskupowi lwowskiemu, Piotrowi Myszkowskiemu wojewodzie i staroście belzkiemu i Stanisławowi z Chodcza kasztelanowi lwowskiemu i kamienieckiemu staroście przeprowadzić dział dóbr między Anną Pukowską, matką a Elżbietą i Katarzyną, córkami.

Iohannes Albertus Dei gratia Rex Polonie, supremus dux Lithvanie, Rvssie Prvssieque dominus et heres reverendissimo in Cristo patri domino Andree Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnifico et generosis Petro Myskowski Pallatino et Capitaneo Belzensi ac Stanislao de Chodecz Castellano Leopoliensi et Camyenezensi Capitaneo, sincere et fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram Regiam. Reverendissime in Christo pater necnon magnifice ac generosi sincere et fideles nostri dilecti! Intelleximus ortam esse certam controversiam inter nobiles Annam Pvkowskam et Elizabeth atque Catherinam filias et quandam neptem ipsius occasione divisionis certorum bonorum ad eas devolutorum. Volentes itaque controversie huiusmodi finem iustum et ultimum imponere vobis, de quorum fide et virtute plenam habemus fidem, comittimus, quatinus vocatis ad vestri presentiam pro termino competenti partibus, easdem exaudiatis et ad loca predictorum bonorum predictorum (*sic*) personaliter condescendentes eadem secundum Deum et iusticiam inter partes predictas dividatis unicuique illorum sortem bonorum equalem consignando sic tamen facturi, quod nulli partium preiudicium inferatur, sed quod queque earum equales divisionis partes percipiat. Et si aliquis ex vobis interesse divisioni huic non valeret, volumus, ut vos reliqui, qui interfueritis, unius vestrum absentia non obstante, premissa exequamini, iusticia me-

diante, aliterque non facturi pro gratia nostra. Datum Cracouie Dominico die proximo post sancti Floriani anno Domini 1499. Regni vero nostri anno septimo.

Commissio propria Regie Maiestatis.

Oblatowano w *Castr. Leopól.* t. 8 str. 3 na roczkach: „*Acta sunt hec feria sexta proxima ante festum sancte Margarethe virginis anno Domini millesimo quingentesimo octavo.*“ (7 Lipca).

CXXIX.

W Krakowie 13. Maja 1499 r.

Jan Olbracht pozwala na prośbę Andrzeja Róży arcybiskupa lwowskiego wikaryuszom kapituły lwowskiej kupić dla swego użytku dworzysko i dom we Lwowie i uwalnia je raz na zawsze od wszelkich ciężarów.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Consuetudine non solum approbatum esse constat, verum etiam Regie Sublimitati convenientissimum existit, ut quicquid pro ecclesiarum amplitudine aut meliori ordinanda condicione vel liberalitas Regum vel pietas aliorum de bonis temporalibus concedit sub tempore, id ne labenti temporis cursu per oblivionis errorem aut confundatur aut aboleatur, litterarum apicibus debeat comendari, proinde nos Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawye, supremus dux Lythwanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo votis ac petitionibus supplicibus reverendissimi in Christo patris domini Andree Roza, Archiepiscopi Leopoliensis, nobis sincere dilecti, benigniter annuentes, de consilio consiliariorum nostrorum, hic nobiscum agencium, consensimus et admissimus consentimusque et admittimus tenore presencium mediante universitati viccariorum perpetuorum canonicalium metropolitane Leopoliensis ecclesie pro comuni eorumdem viccariorum residencia, mansione et incolatu domum et aream unam quaecumque, que mansioni inhabitationique eorum comuni commodior esse videbitur, in iure et iurisdicione simili civitatis Leopoliensis ubicumque sitam, emendi et comparandi perpetuo per eos iuxta empicionis formam, vigorem et continenciam obtinendam, inhabitandam et possidendam pleno iure. Cuiusquidem domus et aree per eos comparande, ut gaudeant quociens mansione ac proprietate, eam ipsam domum et aream, per eos in proximo pro comuni mansione ipsorum emendam, cuius-

quoque incolas pro tempore eam inhabitantes, ab omni iurisdicione et potestate civili ab omnibusque et singulis nostris et civilibus exactionibus, censibus, tributis, daciis, taxis et quibuslibet angariis et solucionibus novis et antiquis et aliis eciam reipublice laudatis et laudandis statuendis, curru bellico, podwodis, custodiis, serviciis oneribusque aliis nunc et in futurum existentibus, quibus incole civitatis eiusdem aut sunt subiecti aut subicerentur in futurum, de certa sciencia benignitateque Regiis nostris cum toto eius situ in literis empchonis describendo eximimus, absolvimus et liberamus tenore presencium mediante eamque iurisdicioni, protectioni, libertati et immunitati ecclesiastice extunc incorporamus, invisceramus, unimus et annectimus per ipsum dominum Andream Roza, modernum et pro tempore existentem Archiepiscopum Leopoliensem seu ipsius in spiritualibus vicarium et officialem generalem similiter pro tempore existentes, auctoritate ordinaria uniri, inviscerari, incorporari et annecti admittimus, volentes decernentesque, ut pro eiusdem domus et aree iniuriis, actionibus et quibuslibet dubiis ad forum iudicii ecclesiastici recursus habeatur, tenore presencium mediante in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus subappensum. Actum Cracouie feria secunda infra octavas Ascensionis Domini anno Nativitatis Eiusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, Regni vero nostri anno septimo, presentibus ibidem illustrissimo Principe reverendissimoque et reverendis in Christo patribus dominis Frederico misericordie Divina sancte Romane ecclesie tituli sancte Lucie in Septemsoliis Presbitero Cardinali, Archiepiscopo Gneznenzi et Primate Episcopoque Cracouiensi, germano nostro charissimo, Creslao Wladislaiensi et Cancellario Regni nostri, Mathia Chelmensi Episcopo, ac magnificis et generosis Iohanne Amor de Tharnow Castellano Cracouiensi, Nicolao de Ostrow Sandomiriensi, Ambrosio de Pampow Siradiensi et Capitaneo Maioripolonie generali, Iacobo de Buczacz Russie Pallatinis, Nicolao de Curozwaky Siradiensi, Stanislao de Chotecz Leopoliensi, Andrea de Thanczin Voynyciensi, Petro Gnyady Czyechouiensi, Nicolao de Chotcza Polanecensi Castellanis, Nicolao Camyenyeczky Cracoviensi, Iacobo de Szydlowyecz Schochaczouiensi, Iacobo Szyklyczky Byeczensi et Rathinensi Capitaneis, sincere et fidelibus nostris dilectis, testibus ad premissa. Datum per manus prefati reverendi in Christo patris domini Creslai Episcopi Wladislaviensis et Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie
Cancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem reverendi in Christo patris
domini Creslai Episcopi Wladislaviensis et
Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum kap. obrz. łac. we Lwowie. Na sznurkach jedwabnych koloru zielonego i żółtego zawieszona, znacznie uszkodzona, większa pieczęć królewska.

CXXX.

We Lwowie 6. Września 1499 r.

Piotr Myszkowski z Przeczyczowa wojewoda bełzki i starosta generalny ruski poświadcza, że w sprawie sporu o granice wsi Zubrzy i Siechowa stanął między Dzierławem Wilczkiem z Boczowa podkomorzym lwowskim a rajcami lwowskimi układ na trzy lata.

NOS PETRVS MISCHKOWSKY de Przeczyczow, Palatinus Belzensis et Capitaneus terrarum Russie generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo inter generosum Derslaum Wylczek de Boczow Succamerarium Leopoliensem ab una et inter famatos consules civitatis Leopoliensis partibus ab altera, fuerunt quedam dissensiones et discordie pro graniciebus inter villam Zubrza et hereditatem Sychow prefati Derslai Wylczek necnon civitatem Leopoliensem, nos vero affectantes, ne inter ipsos ex utraque parte discordie et lites augmentarentur, exivimus ad videndum, quod iustum fuerit utriusque partis. Ubi Derslaus prefatus coram nobis ostendit granicies sippatas volgariter kopcze et super easdem literas cum quatuor sigillis appensis, demum consules eciam nos duxerunt, ostendentes quedam signa, iuxta que asserebant, istud fore ipsorum, quod nobis ostendebant, nosque considerantes, quia nulla unio et concordia protunc ex utraque parte fieri valuit, ipsis tempus aliud distulimus, ut in simul ad castrum Leopoliense convenirent tempusque ipsis certum veniendi ex utraque parte assignando. Tempore tamen adveniente querebant inter se concordiam fieri, quam non poterant facere. Tamen affectabant ipsum Derslaum prefatum rogando, ut hominibus civitatis Leopoliensis liber et securus sit ad silvas ipsius hereditatis Zvrza et Sychow ingressus, volentes eciam, ut simili modo ipsius Derslai Wylczek homines libere et secure in silvas civitatis Leopoliensis transirent. Unde prefatus Derslaus Wylczek, considerans modernam inimicorum inquietacionem et ipsorum consulum prefatorum civitatisque prefate in aliqua parte destruccionem et anihilacionem, consensit affectacioni et peticioni ipsorum, admittendo ipsis consulibus liberum et securum ingressum cum subditis eorundem ad silvas prefate ville Zvrza ipsius et hereditatis Sychow duntaxat ad triennium a data presencium robur habiturum, inter quos tres annos debent concordiam meliorem inter se facere, tali tamen condicione apposita, quod ipsius Derslai Wylczek limitibus et privilegiis super eadem bona lacius habitis nullum impedimentum et prescripcio obstaret, sed in eodem vigore prout et nunc volumus remaneant; non minusque eciam ipsorum consulum literis,

quas se refferebant habere ad prefata signa seu iura, nullum impedimentum obstare non debet. Sed quod ipsorum consulum homines et subditi non audeant in prefatas hereditates ipsius Derelai Wylezek Zvrza et Sychow alio modo subintrare nisi ab ipsis consulibus signo et sigillo habito consueto. Actum et datum in castro Leopoliensi minori feria sexta ante Nativitatem Marie proxima anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, nostro sub sigillo in fidem et testimonium huius appenso.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 294. Na pasku pergaminowym zawieszona, na wosku czerwonym wyciśnięta, pieczętka Piotra Myszkowskiego z odciskiem herbu Jastrzębiec.

CXXXI.

W Krakowie 10. Września 1499 r.

Jan Olbracht uwalnia mieszczan przemyskich ze względu na straty, jakie ponieśli skutkiem napadu tureckiego, od opłaty podatków i ponoszenia wszelkich ciężarów na lat dwanaście.

Ioannes Albertus Dei gracia Rex Poloniae, supremus dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque etc. dominus et heres significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo considerantes damna civium et incolarum nostrorum Premisliensium, que novissime in bonis suis, rebus ac structuris ignis conflagratione per impetum inimicorum Crucisorum (*sic*) Turcorum factum in terras Russiae dictae civitatis nostrae Premisliensis incolae in ipsa civitate perpassi sunt, ipsis dumtaxat damna passis, ut gratia nostra adiuti ad priorem valeant redire conditionem, duodecim annos libertatis continue et immediate se sequentes dedimus et concessimus damusque et concedimus, tenore presentium mediante, ab omnibus censibus de areis et hortis eorum nobis provenientibus exactionibusque seu contributionibus civilibus institutis et instituendis, ad quas de iure vel ratione publici subsidii cum aliis civitatibus vel oppidis Regni nostri obligarentur nec non a podwodis, expeditione bellica, theloneis et quibuslibet solutionibus nostris annuis Regalibus. Quo circa vobis omnibus et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, exactoribus, theloneatoribus ceterisque dignitariis et officialibus, proconsulibus consulibusque civitatum et oppidorum nostrorum, ubilibet in Regno et dominiis nostris consistentibus, committimus et mandamus, omnino habere volentes, quatenus praefatos cives nostros et incolas Premislienses dumtaxat damna passos iuxta eorum praesentem nostram libertatem per nos eis concessam conserve-

tis et conservare faciatis, gratiae nostrae sub obtentu. Datum Cracoviae feria tertia proxima post festum Nativitatis beatissimae virginis Mariae anno Domini 1499, Regni vero nostri anno (*septimo*). Commissio propria Regiae Magestatis sub signeto. Locus sigilli pensilis in cera rubra expressi.

Podług kopii urzędowej w r. 1776. z oryginału zrobionej, znajdującej, się w Przemysłu w archiwum sądu obwodowego w kopiaryuszu nr. 3.: *Privilegia per serenissimos Poloniae Reges etc.* na str. 8—9.

CXXXII.

W Krakowie 11. Września 1499 r.

Jan Olbracht wydzierzawia cło lwowskie rajcom lwowskim na rok jeden za sumę 340 grzywien.

IOHANNES ALBERTUS Dei gracia Rex Polonie, suppremus dux Lithwanie, Rusie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo considerantes industriam, periciam atque in rebus agendis factivitatem consulum nostrorum Leopoliensium ipsis omnibus in solidum theloneum nostrum Leopoliense cum omnibus ipsius utilitatibus, pertinenciis et obvencionibus ac cum libertatibus, iuribus, modis et consuetudinibus universis, quibus predecessores teloneatores gaudebant et pocebantur, pro tricentis quadraginta marcis pecuniarum monete in Regno currentis, quadraginta et octo grossos in quamlibet marciam computando, ad hunc annum presentem, incipiendo a festo sancti Mathei apostoli et ewangeliste proxime venturo usque ad aliud festum Sancti Mathei prefati per annum arendavimus, vendidimus et conduximus arendamusque, vendimus et convenimus, tenore presencium mediante, tali condicione, quod prefati consules teloneatores nostri, de dictis tricentis quadraginta marcis pecuniarum omnes census spirituales et seculares temporibus deputatis solvere debent, de reliquo vero sume prefate nobis respondere tenebuntur, per ipsos consules Leopolienses dictum theloneum nostrum Leopoliense ita, ut premissum est, tenendum, habendum, possidendum ac more solito ab omnibus, qui ad solutionem dicti telonei obligantur, in omnibus locis dicto teloneo antiquitus deputatis, exigendum, levandum et percipiendum, dantes ipsis consulibus presentibus plenariam et omnimodam facultatem res, merces, boves et quecunque alia bona quorumcumque dictum theloneum nostrum transgrediencium aut illud per loca insolita et vias inconsuetas et obliquas contra consuetudinem antiquitus servatam pre-

tereuncium arestandi et recipiendi. Quorum sic receptorum alias przemithi dicti consules teloneatores nostri unam medietatem pro nobis et phisco nostro reddent et consignabunt, aliam vero medietatem pro se et usu suo tollent et recipient. Quo circa vobis omnibus et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, burgrabiis, dignitariis, officialibus et quibuscunque subditis nostris, presentibus requirendo, mandamus, omnino habere volentes, quatenus prefatos consules teloneatores nostros Leopolienses circa dicti telonei nostri possessionem iuxta continenciam presentis arende nostre ac libertates et consuetudines in exigendo dicto teloneo servari solitas conservando ipsis ad presencium requisicionem in arestandis et recipiendis rebus et bonis teloneum ipsum transgrediencium, quocienscunque opus fuerit, consilia, auxilia et favores sine omni renitencia, contradictione et negligencia exhibeatis, gracie nostre sub obtentu aliter non facturi. In cuius rei testimonium signetum nostrum annulare, maioribus sigillis nostris absentibus, quo ad presens utimur, presentibus est subappensum. Datum Cracouie feria quarta proxima post festum Nativitatis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.

Commissio propria Regie Maiestatis
sub signeto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 295. Na pasku pergaminowym zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, sygnetowa pieczętka Jana Olbrachta.

CXXXIII.

W Radłowie 29. Września 1499 r.

Fryderyk kardynał poleca wprowadzić na opróżnione po ustąpieniu Macieja probostwo w Podolu Wojciecha, prezentowanego przez Jana z Tarnowa, kasztelana krakowskiego.

Fredericus miseracione Divina sacrosancte Romane ecclesie tituli sancte Lucie in Septem Soliis Presbiter Cardinalis, Archiepiscopus Gneznensis et Primas Episcopusque Cracouiensis discretis viris vicariis ecclesie parochialis in Podolye aliisque presentibus requirendis salutem in Domino. Quoniam ad eandem ecclesiam parochialem in Podolye ¹⁾, vacantem per liberam resignationem honorabilis Mathie eiusdem ultimi et immediati Rectoris, ex causa permutacionis cum honorabili Alberto Plebano in Iodlowka pro eodem suo plebanatu inite, in manibus Vicarii nostri in spiritualibus

generalis Cracouiensis factam, prefatum Albertum actu presbiterum ad presentationem magnifici domini Iohannis Amor de Tharnow Castellani Cracouiensis, eiusdem ecclesie patroni, crida rite premissa et nullo contradicente, per manus nostre capiti sub impositionem instituimus et investivimus instituimusque et investimus per presentes curam animarum, administracionem spiritualium et regimen temporalium eiusdem sibi comittentes, quocirca vobis in virtute sancte obediencie et sub excomunicacionis pena mandamus, quatenus cum prefato Alberto per nos, sic ut prefertur, instituto ad ipsam ecclesiam in Podolye personaliter descendentes, dum per eum desuper vigore presentium fueritis requisiti, ipsum ad eandem ipsiusque iurium, fructuum et proventuum realem, actualem et corporalem possessionem ponatis et inducatis, facientes sibi et non altery de huiusmodi iuribus, fructibus, redditibus, censibus, decimis et obvencionibus universis per eos, ad quos pertinet, plenarie et integraliter responderi. Quodque parochiani eiusdem sibi Alberto tanquam ipsorum animarum legitimo pastori in omnibus licitis et honestis obediant, pareant et intendant. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Radlow die vigesima nona mensis Septembris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, presentibus venerabilibus et honorabilibus Nicolao Crziczsky Preposito Poznaniensi, Paulo de Zalyessye decretorum doctore, Cantore Gneznensi, Iohanne Thurski Decano Sandeczensi et Luca Plebano et tenentario nostro Radlowiensi testibus ad premissa.

Iohannes Bunthowsky Notarius curie manu propria subscripsit.

Oryginał pergaminowy w zakład. narod. im. Ossolińskich. Pieczęć wraz z pergaminowym paskiem, na którym wisiła, odpadła. Na odwrotnej stronie: *Ego Iohannes Plebanus in Palecznyczą executus sum presens mandatum die Dominico infra octavas Omnium Sanctorum (3. Listopada) introduxi eundem dominum Plebanum Albertum in ecclesiam parochialem infra Divinorum officia... processus.*

¹⁾ Porównaj powyżej dok. nr. CXXIII.

CXXXIV.

We Lwowie 6. Czerwca 1500 r.

Dziersław Wilczek z Boczowa podkomorzy, Felix z Baluczyna podsędek ziemski i Jakób Hermanowski sędzia grodzki lwowscy, komisarze królewscy, rozstrzygają wraz z sędziami polubownymi spór Katarzyny, wdowy po Piotrze Zimnowodzkiem, żony Jana Karsznickiego, matki, z Barbarą, żoną Mikołaja Arnasta, rajcy lwowskiego i Małgorzatą, żoną Pawła Rozborskiego, córkami, o Zimnowodę i młyn, położony przed bramą krakowską we Lwowie.

Nos Derslaus Wilczek de Boczow Succamerarius Leopoliensis, Felix de Baluczyn Subiudex terrestris Leopoliensis, Iacobus Hermanowski Iudex castris Leopoliensis, commissarii per serenissimum principem et dominum dominum Iohannem Albertum Dei gratia Regem Polonie, supremum ducem Lithvanie, Russie Prussieque dominum et heredem etc. dominum nostrum graciousissimum ad infrascriptas partes specialiter deputati, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo vigore commissionis prefate dum nobilibus Barbare, Nicolai Arnasth consulis Leopoliensis, et Margarethe, Pauli Roszborsky, coniugibus, filiabus ab una et Katherine, relicte olim nobilis Petri Zymnowoczsky, matri, nunc vero nobilis Iohannis Karszniczsky uxori, partibus ab altera ipsi commissioni satisfaciendo certum diem et terminum forma iuris observata dedimus et assignavimus, pro quo ambe partes personaliter comparentes aliquot terminos iudiciales observaverunt et litem contestate sunt; tandem in termino hodiernae date per prius coram nobis inscripto ceteros generosos et nobiles dominos representaverunt ad nobiscum consedendum, videlicet Petrum de Szwarthow ¹⁾ Tribunum Haliciensem et Vicecapitaneum Leopoliensem, Petrum de Olesko, Georgium Zimnowoczski de Lyesznyowicze, Iohannem Dawydowski, Petrum Krzywyeczski de Brzuchowicze, Nicolaum Wąglenski, Thobiam Kunath de Syemyenowka ²⁾, Petrum Chwal, Nicolaum Hownowsky, quibus tanquam coassessoribus adiunctis sponte et libere unanimes voto omnes nos in solidum in arbitros elegerunt ac deputaverunt et dubium litis eventum esse considerantes, parcentes tandem litibus et impensis, in nos de alto et basso compromiserunt de et super omnibus causis et questionibus occasione molendini in suburbio Leopoliensi ante portam Cracoviensem siti et aliorum omnium bonorum mobilium et immobilium quomodolibet exortis, motis et suscitatis. Nos itaque arbitri et arbitratores et amicabile compositores prenominati per predictas partes electi, locati et deputati

vigore prefati compromissi, solum Deum pre oculis habentes, inter prefatas partes per modum arbitralis sentencie talem concordiam et unionem fecimus, declaravimus et pronunciamus per presentes tali modo. Quod prenominata domina Katherina, nunc dicti Iohannis Karszniczsky uxor, predictis Barbare et Margarethe, filiabus suis et earum posteris villam totam Zymnawoda ³⁾ resignare et condescendere debet tanquam heredibus legitimis pleno iure cum omnibus eiusdem ville utilitatibus et pertinenciis universis, nichil iuris et proprietatis et domini sibi ibidem reservando, prout iam de facto resignavit, condescendit et possessioni cessit. Et insuper omnes inscripciones in libro actorum terrestrium, castrensiu et aliorum omnium quorumlibet per olim dominum Petrum Zymnowoczsky maritum suum priorem et per ipsam de et super dote et dotalicio suo sive de quibuscunque resignationibus mutuis factis, inscriptis et indutis aliisque omnibus quomodolibet insinuatis ipsa domina Katherina tenebitur et debet de libris actorum prefatorum delere et alias omnes inscripciones cassare et in nichilum redigere in terminis proximis terrestribus Leopoliensibus proxime celebrandis plenamque et sufficientem satisfactionem sibi factam esse recognoscere et fateri. Omnes etiam litteras et munimenta super dictam villam Zymnawoda habita debet et tenebitur ipsa domina Katherina dictis Barbare et Margarethe filiabus suis dare, extradere et restituere absque omni excusacione. Molendinum vero prefatum domina Katherina tenere, habere, possidere et eodem utifrui debet et debet duntaxat ad tempora sue vite absque alienacione; post mortem vero ipsius domine Katherine dictum molendinum cum curiis, areis et censitis ibidem coadiacentibus super dictas Barbaram et Margaretham filias eius tanquam super heredes legitimas suosque successores devolvi debet et debet pleno iure. Quod si contingat ipsam dominam Katherinam cum prefato Iohanne Karszniczsky secundo marito prolem habere, extunc pueris huiusmodi sors molendini videlicet pars tertia cedere et inservire debet; dum autem proles prefata moreretur, extunc pars molendini predicti super dictas Barbaram et Margaretham seu ipsarum posteros legitimos succedere debet. Alia etiam bona mobilia quecunque post mortem dicte domine Katherine ad prefatas Barbaram et Margaretham successoresque earum et similiter, si proles secundi mariti superesset, similem et equalem partem tollere debebunt et ad eas pertinere. Et, ut prenominata domina Katherina pro salute anime sue aliquid testamentaliter legare posset, invenimus et per modum arbitralis sentencie deffinivimus, quod ipsa domina Katherina poterit, si voluerit, quinquaginta marcas pecuniarum pro ecclesiis et piis operibus in mortis articulo legare; quas quinquaginta marcas prefate Barbara et Margaretha post ipsius domine Katherine, matris earum, mortem solvere et dare tenebuntur et debebunt iuxta modum et formam, quam mater earum in testamento fecerit et ordinabit. Item seminaciones in Zymnawoda anni presentis frugum hiemalium inter se partes prefate per medium dividere debent, seminaciones vero estivales in toto ipsa domina Katherina post se

tollere et recipere debet. Et, ut dicta concordia et amicabile composicio per nostram arbitralem sententiam et decretum facta, conclusa et ordinata robur obtineat perpetue firmitatis, inter prefatas partes vadium interposuimus et vallavimus videlicet sexingentas marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, nobis arbitris medium et parti concordiam tenenti medietatem per partem non tenentem irremissibiliter solvendum. Quam concordiam et nostram arbitralem diffinitionem in omnibus punctis, articulis et sentenciis superius expressis una cum vadio prenominato interposito et vallato ambe partes per expressum manibus nobis solemniter stipulantibus susceperunt, laudaverunt et emolugaverunt omnia premissa taliter ordinata firmiter et inviolabiliter tenere et observare promittentes omnesque lites et discordias ac controversias inter se mutuo sopierunt et mortificaverunt perpetuo et in evum. Et si aliqua pars prenominata dictam concordiam et nostram arbitralem concordiam tenere et observare nollet aut eidem quoquomodo contravenire vellet et ob hoc se cettare permiserit ad presenciam Regie Maiestatis aut commissariorum Regie Maiestatis, per suam Serenitatem ad id specialiter deputatorum, seu in ius terrestre vel castrense Leopoliense, extunc in primo termino tanquam in peremptorio parere debet et totam suam causam perdere, neque eadem pars contraveniens data, titulo, nomine et omni puncto, articulo ac progressu iuris aliquid sibi in subsidium recipere, sed eo toto suam causam amittere debet, non evadendo pro premissis ullo iure, litteris Regalibus, expedicione bellica, prescripcione terrestri, colloquio generali, vera aut simplici infirmitate, novis vel veteribus constitucionibus seu laudis terre, reclamacione terminorum, causa belli, nec aliquibus modis exquisitis, sed cum quibuscunque modis prefata pars cettata, non tenens concordiam, evadere vellet, illo toto causam suam perdere et amittere debet. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli Sabbatho in vigilia Penthecostes anno Domini millesimo quingentesimo.

Oblatowano w *Castr. Leop.* t. 7. str. 94—96. z transumtu króla Alexandra wydanego w Krakowie 24. Marca 1502 r. a oddrukowanego i opisanego. poniżej pod nr. CXLV.

¹⁾ Zwertów wieś w starostwie żółkiewskim.

²⁾ Leśniowice, Brzuchowice, Siemianówka wsie w starostwie lwowskim.

³⁾ Zimnawoda wieś w starostwie lwowskim.

CXXXV.

W obozie pod Walawą 5. Sierpnia 1500 r.

Jan Olbracht poleca Piotrowi Myszkowskiemu, wojewodzie belskiemu, staroście lwowskiemu, czuwać nad przestrzeganiem przywilejów uwalniających mieszczan grodeckich od opłaty ceł.

(*Iohannes*) Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie (*Prussie*)que dominus et heres.

(*Magnifi*)co Petro Myszkowsky, Pallatino Belzensi (*et*) Capitaneo nostro Leopoliensi, sincere nobis (*di*)lecto gracam nostram Regiam. Magnifice sincere nobis dilecte. Intelleximus, quod opida(n)is et incolis nostris de Grodek quemadmodum (*ci*)ves Leopolienses et ceteri theloneatores quorundam terrigenarum et nobilium ipsos institutis theoloneis agravant, non attentis literis libertatis nostre ipsis opidanis Grodecensibus concessis, quod, si ita est, nobis displicet. Commitimus itaque Sinceritati Tue, quatinus ipsos opidanos nostros de Grodek iuxta nostram libertatem specialibus literis nostris ipsis concessam ab impetitione quorumcunque theolonatorum tam nostrorum quam eciam quorumcunque tuearis et defendas, ipsos circa libertatem nostram conservantes et conservari facientes, gracie nostre sub obtentu. Datum in castris nostris circa Valawa feria quarta proxima ante festum sancti Laurencii anno Domini millesimo quingentesimo, Regni vero nostri anno octavo.

Commissio propria Regie Magestatis.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Inscr.* t. 5 str. 1446 na roczkach: „*Acta sunt hec feria sexta ipso die sancti Galli anno Domini 1500*“ (16. Października).

CXXXVI.

W Krakowie 28. Sierpnia 1500 r.

Jan Olbracht poleca Piotrowi Myszkowskiemu, wojewodzie bełskiemu, staroście lwowskiemu, zawezwać tych, którzy mają jakie prawa do pobierania ceł, aby przedłożyli te prawa królowi na najbliższym sejmie w Sandomierzu.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres. Magnifico Petro Myszkowsky, Palatino Belzensi et Capitaneo nostro Leopoliensi, sincere nobis dilecto. Magnifice sincere nobis dilecte. Relatum est nobis, quomodo multi terrigenae nostri in terris Russie in bonis suis a quibusvis mercibus et a sale quedam thelonea exigunt, extorquent et homines depactant, quo iusticie iure, ignoramus. Volentes itaque et de ipsorum iuribus experiri atque etiam pauperibus hominibus in tantis spoliis iusticiam ministrare, decrevimus in convencione proxima Sandomiriensi generali eadem ipsa iura dictorum terrigenarum, quibus utuntur, revidere. Quapropter Tuam Sinceritatem hortamur, precipientes, quatinus in tuo capitaneatu proclamare facias, ut omnes et singuli subditi nostri tui capitaneatus Leopoliensis, quicumque in bonis suis talia thelonea exigunt, quo iure id faciunt, eadem quoram (*sic*) nobis die sexta post nostrum felicem ad Sandomiriam dictam convencionem ingressum reponant et reproducant. Si qui vero id facere neglexerint, ea ipsa dicta thelonea se amissuros intelligentes, certis penis nostris Regalibus ad hoc adiectis de illicita adexactione dictorum theloneorum factura Tua Sinceritas pro gracia nostra. Datum Cracouie feria sexta ipso die sancti Augustini anno Domini millesimo quingentesimo, Regni vero nostri anno octavo.

Commissio propria Regie Magestatis.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Inscr.* t. 5 str. 1445 na roczkach: „*Acta sunt hec feria sexta ipso die sancti Galli anno Domini 1500.*“ (16. Października).

CXXXVII.

W Krakowie 14. Września 1500 r.

Jan Olbracht pozwala Barbarze Mikulczynie wykupić młyn, położony we Lwowie przed bramą halicką, z rąk bezprawnego posiadacza Marcina Tłustego.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo mortuo provido Martino Waszny, molendinatore molendini nostri circa Leopolim ante portam Halyczyensem iacentis, propinquiores ipsius Waszny dictum molendinum nostrum pro certa peccunie summa famoso Martino Tlusti, civi Leopoliensi, sine tamen nostro consensu vendiderunt¹⁾. Nos vero habentes in prospectu merita et multiplicia servicia genitoris honeste Barbare Mykulczyna de Leopoli horum intuitu prefate Barbare Mykulczyna et tanquam propinquiori molendinum prefatum seu terciam eiusdem mensuram de manibus prefati Martini Tlusti in summa peccuniarum per eundem (*convent*)a et forisata eximere consensimus et ad(*misi*)mus consentimusque et admitimus tenore presencium (*medi*)ante, per ipsam Barbaram Mykulczyna molendinum nostrum prefatum seu terciam (*i*)psius mensuram eiusque successores legitimos cum omni iure, dominio et proprietate tenendum, ha(*bendum*), utifruendum atque iuxta privilegia ipsius molendini possidendum, vendendum, alienandum atque in usus suos beneplacitos convertendum, nostro tamen speciali consensu ad id accedente; iuribus nostris Regalibus semper salvis per omnia remanentibus. In cuius rei testimonium signetum nostrum annullare, quo absentibus sigillis maioribus utimur, presentibus est subapensum. Datum Cracouie feria secunda die festi Exaltacionis sancte Crucis anno Domini 1500, Regni vero nostri anno octavo.

Commissio propria Regie Maiestatis.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Inscr.* t. 5 str. 1451 na roczkach: „*Acta sunt hec feria sexta post festum Undecim millia virginum anno Domini millesimo quingentesimo.*“ (23. Października). Kopia cokolwiek uszkodzona.

¹⁾ Porównaj poniżej dok. nr. CXXXVIII.

CXXXVIII.

W Krakowie 14. Września 1500 r.

Jan Olbracht poleca Piotrowi Myszkowskiemu z Przeczyczowa, wojewodzie bełskiemu i staroście ruskiemu, tudzież Felixowi Baluczyńskiemu, podsędkowi lwowskiemu, ażeby młyn we Lwowie przed bramą halicką położony a sprzedany bezprawnie przez krewnych Marcina Ważnego Marcinowi Tłustemu, przyznali Barbarze Mikulczynie.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres. Magnifico et generoso Petro Myskowsky de Przeczyczow Palatino Belzensi et Capitaneo Russie et nobili Felici Baluczynsky Subiudici Leopoliensi sincere et fidelibus nostris dilectis. Sincere nobis et fideles nostri dilecti! Mortuo provido Martino Waszny, molendinatore molendini nostri circa Leopolim ante portam Halicyensem iacentis, propinquiore ipsius dictum molendinum famoso Martino Tlusti, civi nostro Leopoliensi, sine tamen nostro consensu, quod facere non debuerunt ¹⁾, pro certa peccunie summa vendiderunt. Nos vero habentes respectum ad merita et servicia genitoris honeste Barbare Mykulczyna de Leopoli, horum intuitu consensum prefate Barbare dictum molendinum nostrum seu terciam mensuram ipsius et tanquam propinquiori admisimus de manibus prefati Martini Tlusti in summa pecuniarum per ipsum conventa et forisata eximere. Ideo vobis commitimus, mandantes, quatenus prefato Martino Tlusti coram vobis iura et privilegia dicti molendini reponere faciatis et tandem sibi summam pecuniarum, pro qua ipse molendinum forisavit et emit, similiter ad easdem rathas, quemadmodum ipse Tlusti convenerat, per ipsam Barbaram Mykulczyna dari et solvi decernatis, possessionem ipsius molendini seu tercie measure eidem Barbare asignantes; alias non facturi sub gracia nostra. Est enim nostri iuris, ut nemo molendina nostra vendere audeat aut emere sine nostro consensu speciali. Datum Cracouie feria secunda festi Exaltacionis sancte Crucis anno Domini 1500.

Ad mandatum Regie Maiestatis.

Dokument oblatowany w *Castr. Leop. Inscr. 5. str. 1450* na roczkach: „*Acta sunt hec feria sexta post festum Undecim millia virginum anno Domini millesimo quingentesimo*“ (23. Października). Skutkiem tego polecenia zawezwali Piotr Myszkowski i Felix Baluczyński obydwie strony na roczki sądowe z dnia 23. Października 1500 r. Po przeczytaniu powyższego polecenia królewskiego, dalej przywileju Jana Olbrachta, oddrukowanego pod nr. CXXXVII., wreszcie przywileju

Władysław Jagiełły, oddrukowanego w tomie II. AGZ. na str. 33. sąd zawyrokował na korzyść Barbary.— W AGZ. t. II. str 237. znajduje się dokument sprzedaży tego młyna przez spadkobierców Marcina Ważnego Marcinowi Tłustemu. Porównaj także poniżej dok. nr. CXLII.

1) W kopii: „*debut*“.

CXXXIX.

W Sandomierzu 12. Listopada 1500 r.

Jan Olbracht wydzierzwia za sumę 350 grzywien dochody z cła lwowskiego na rok jeden rajcom lwowskim.

Iohannes Albertus Dei gracia Rex Polonie, supremus dux Lithwanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo considerantes industriam atque in rebus agendis factivitatem famosorum consulum nostrorum Leopoliensium ipsis omnibus insolidum theloneum nostrum Leopoliense cum omnibus utilitatibus, pertinenciis et obvencionibus ac cum libertatibus, iuribus, modis et consuetudinibus universis, quibus ceteri predecessores nostri theloneatores gaudebant et pociebantur, pro tricentis quinquaginta marcis pecuniarum Polonicalium monete in Regno currentis, quadraginta et octo grossos marcam in quamlibet computando, a festo sancti Mathei Ewangeliste proxime preterito usque ad aliud festum sancti Mathei per annum integrum arendavimus, vendidimus et conduximus arendamusque, vendimus et convenimus tenore presencium mediante tali condicione, quod de prefatis tricentis quinquaginta marcis pecunie omnes census spirituales et seculares iuste et legitime ex ipso theloneo solvi consuetos solvere debent, de reliquo vero summe prefate nobis respondere tenebuntur, per ipsos consules Leopolienses prefatum theloneum nostrum tenendum, habendum, possidendum ac more solito ab omnibus, qui ad solutionem dicti thelonei obligantur, in quibusvis locis dicto theloneo antiquitus deputatis exigendum levandum et percipiendum, dantes ipsis presentibus literis nostris plenariam et omnimodam facultatem res, merces, boves et alia bona quorumcunque prefatum theloneum nostrum transgrediencium aut illud per loca insolita et vias obliquas et inconsuetas contra antiquam consuetudinem pretereuncium arestandi et recipiendi. Quorum honorum sic receptorum alias Przemithy dicti consules, theloneatores nostri, unam medietatem pro nobis et fisco nostro reddent et consignabunt, alteram vero medietatem pro se et usu suo tollent et recipient. Quocirca vobis omnibus et singulis, palatinis, castellanis, capitaneis, burgrabiis, digni-

tariis, officialibus et quibusvis subditis nostris, presentibus requirendo mandamus, omnino habere volentes, quatenus prefatos consules, theloneatores nostros Leopolienses, circa dicti thelonei nostri possessionem, iuxta continenciam presentis arende nostre ac libertates et consuetudines solitas in exigendo ipso theloneo conservando, ipsis ad requisicionem presencium in arestandis et recipiendis rebus, bonis et bobus theloneum ipsum transgrediencium, quocienscunque opus fuerit, consilia, auxilia et favores exhibeatis, sine omni negligencia et contradictione, aliter non facturi pro gracia nostra. In cuius rei testimonium signetum nostrum anulare, quo ad presens, maioribus sigillis nostris absentibus, utimur, presentibus est appensum. Datum Sandomirie feria quinta in crastino sancti Martini anno Domini millesimo quingentesimo, Regni vero nostri anno nono.

Commissio propria Regie Maiestatis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 296. Na pasku pergaminowym zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, sygnetowa pieczętka Jana Olbrachta.

CXL.

W Piotrkowie 8. Lutego 1501 r.

Jan Olbracht, spowodowany zniszczeniem dokumentów wsi Sołonki i Żyrawki w czasie napadu tureckiego, określa prawa i obowiązki mieszkańców tychże wsi.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ioannes Albertus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, supremus dux Lithwaniae ac Culmensis, Elbingensis et Pomeraniae etc. dominus et heres significamus tenore praesencium, quibus expedit universis, praesentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo homines nostri de villis Solonka et Zirawka¹⁾, ad castrum nostrum Leopoliense pertinentibus, coram nobis constituti deposuerunt: quod dum Thurci in terras nostras Russiae impetum inopinatum fecissent igneque et gladio per omnem turpitudinem vastabant, eorum eciam privilegium simul cum bonis conflagratum est supplicaveruntque nobis, ut ipsis denuo privilegium dare dignaremur, ne per nostros officiales ultra antiquam consuetudinem gravarentur. Volentes itaque ipsos homines nostros providere, ut in bono ordine iuxta antiquam consuetudinem sine eorum oppressione conserventur, accepto testimonio sufficienti de privilegio eorum antiquo magnifici Spithkonis de Iaroslav Pallatini Cracouiensis, qui eciam plurimis annis fuit capitaneus Leopoliensis et cognita sibi erant servicia et iura dictorum hominum nostrorum, eisdem denuo privilegium nostrum iuxta testimo-

nium prefati palatini Cracouiensis dedimus et concessimus damusque et concedimus graciose per praesentes ita videlicet, quod dicti homines nostri de villis Solonka et Zirawka pro necessitate nostra, quantum et quociens opus fuerit, ad oppida Sczerzecz, Grodek, Smerokow, Bobrka et Glynyany tenebuntur dare podvodas et erunt obligati. In cuius recompensam hominibus de villis praefatis damus omnimodam potestatem et libertatem res suas vendendi et iterum pro sua necessitate in oppidis praefatis emendi sine alicuius thelonei solucione. Item villae praefatae debent continue servare duos homines vicinos in castro Leopoliensi propter celerem expeditionem podvodarum, ut nostra negocia in aliquo non negligantur, qui in coquina capitanei victum habere et servire tenebuntur. Item tenebuntur cum literis nostris ire propriis sumptibus ad longitudinem itineris decem milliarum et si ultra decem milliaria iter se extenderit, tenebitur capitaneus noster Leopoliensis eos expensis providere. Item dum nos personaliter ad bellicam expeditionem vel capitaneatum nostrum Leopoliensem cum terrigenis proficisci contingat, tenebuntur homines de villis praefatis quatuor equos expedire ad serviendum quicquid eis mandabitur. Et ad alia onera et servicia obedienda non sint astricti nec ultra hoc tenebuntur per nostros capitaneos Leopolienses pro tempore existentes ad maiora onera compelli nec etiam obligabuntur eunuchos aut boves capitaneorum pascere, duntaxat nostros, si opus fuerit, pascere et custodire erunt obligati, ab omnibusque aliis oneribus, laboribus et solucionibus ipso facto erunt absoluti et exempti. In cuius rei testimonium signetum nostrum annulare presentibus est appensum. Datum Pyothreouiae in convencione Regni generali feria secunda ante festum sanctae Scholasticae anno Domini millesimo quingentesimo primo, Regni vero nostri anno nono, presentibus illustrissimo Principe et reverendissimo in Christo patre domino Frederico miseracione Divina sacrosanctae Romanae ecclesiae tituli sanctae Luciae in Septem Soliis Presbitero Cardinali, Archiepiscopo Gneznensi et Primate Episcopoque Cracouiensi ac reverendis in Christo patribus dominis Ioanne Poznaniensis, Vincencio Plocensis ecclesiarum Episcopis nec non magnificis ac generosis Spithkone de Iaroslaw Cracouiensi, Ioanne de Ostorog Poznaniensi, Andrea de Samotvly Calyssiensis, Ambrosio de Pampow Syradiensi et Maioris Poloniae generali Capitaneo, Ioanne de Tharnow Lublinensi, Petro Myszkowski Belzensi et Capitaneo nostro Leopoliensi Palatinis, Raphaele de Lesno Poznaniensi, Petro Kmitha de Vysznycze Sandomiriensi et Regni nostri Marsalcho, Nicolao de Kurozwanki Siradiensi Castellanis ceterisque consiliariis, baronibus et dignitariis nostris. Datum per manus venerabilis Mathiae Drzeuiczki Praepositi Scarbimiriensis, Secretarii nostri sincere nobis dilecti.

Commissio propria Regiae Maiestatis.

Według potwierdzenia Zygmunta Augusta, oblatowanego z oryginału pergaminowego w *Castr. Leop. Ind. Inscr.* t. 26. str. 399—402 na roczkach: „*Actum in castro inferiori*

Leopoliensi feria sexta intra octavas Divinissimi Corporis Christi anno Domini M^oDXLIX^o.
 (21. Czerwca). Dokument Zygmunta Augusta zawiera w sobie powyżej oddrukowany przywilej z opisem: „Exhibitas esse nobis binas literas pargameneas serenissimi domini Iohannis Alberti olim Regis Poloniae et patruī nostri, quarum priores per serenissimum dominum Sigismundum Regem Poloniae, parentem nostrum desideratissimum, confirmatae et sigillo in zona sericea dependenti communitae sunt, salvae, sanae, integrae et omni suspicione carentes“; poczem następuje dokument Jana Alberta a po nim drugi dokument tegoż króla, oddrukowany poniżej pod nr. CXLI., w końcu potwierdzenie Zygmunta Augusta: Datum Pyothreouiae in convencione Regni generali feria secunda post festum Concepcionis beatissimae virginis Mariae (10. Grudnia) proxima anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, Regni vero nostri decimo octavo, presentibus reverendissimo ac reverendis in Christo patribus, magnificis, generosis et venerabilibus Nicolao Dziergowski Archiepiscopo Gneznensi, Legato nato et Primate, Samuele Macziewowski Cracouiensis et Regni nostri Cancellario, Andrea Zebridowski Wladislauiensis, Ioanne Dziaduski Premisliensis ecclesiarum Episcopis, Ioanne in Tharnow Comite, Castellano Cracouiensi, Regni nostri exercituum Supremo ac Sandomiriensi, Striensi Lubaczouiensique, Petro Cmitha in Wysznycze Comite, Cracouiensi, Regni nostri Marsalco ac Cracouiensi, Scepusiensi, Premisliensi Colensique, Iannussio Lathalski Poznaniensi ac Iunivladislauiensis Schlochoniensique, Petro de Sluzewo Calissiensis et Dibouiensi, Petro de Dambrouicza terrarum Russiae generali, Radomiensi Casimiriensique Palatinis et Capitaneis nostris, Spithkone de Tharnow Voynicensis, Regni nostri Thesaurario ac Krzepiczensi, Brzezniczensi Krzesouiensique, Nicolao Grabya Helmensi, Regni nostri Vicecancellario Lublomlyensique, Nicolao Odnowski de Fulsthyn Premisliensi et Leopoliensi Castellanis et Capitaneis, Ioanne Przerambski Praeposito, Stanislao Hosio Canonico Cracouiensibus, Secretariis nostris et aliis plurimis dignitariis et officialibus ad premissa testibus. Datum per manus supramemorati magnifici Nicolai Grabya Castellani Helmensis, Regni Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Nicolaus Grabia Regni Vicecancellarius
 subscripsit ²⁾.

Relacio ³⁾ magnifici Nicolai Grabia Castellani
 Helmensis, Regni Poloniae Vicecancellarii
 Lublinensisque etc. Capitanei.

¹⁾ Sołonka Mała i Wielka, Żyrawka wsie w starostwie lwowskiem.

²⁾ W kopii: *scribebat*.

³⁾ W kopii opuszczono ten wyraz.

CXLI.

W Piotrkowie 10. Lutego 1501 r.

Jan Olbracht rozporządza, aby we wsiach Solonce i Żyrawce zabierali spuściznę krewni zmarłego a nie starosta lwowski.

Ioannes Albertus Dei gracia Rex Poloniae, suppremus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque etc. dominus et heres significamus tenore praesencium, quibus expedit universis, praesentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo intelligentes ex querela hominum nostrorum de villis Solonka et Zirawka ad castrum nostrum Leopoliense pertinentibus, quod capitanei nostri Leopolienses consueverunt derelicta post mortem cuiusque in villis praefatis pro se et suo usu recipere in praeiudicium consanguineorum et propinquorum taliter decedentis, volentesque eam consuetudinem abolere, decernimus praesentibus literis nostris, quod deinceps eiusmodi derelicta post mortem alicuius consanguinei et propinqui tollere et recipere debent absque omni impedimento capitaneorum nostrorum Leopoliensium pro tempore existentium, ad quod se dicti capitanei nostri intromittere non debent perpetuis temporibus. In cuius rei testimonium signetum nostrum annullare praesentibus est subapensum. Datum in convencione generali Pyothreouiensi feria quarta ipso die sanctae Scholasticae virginis anno Domini millesimo quingentesimo primo, Regni vero nostri anno nono.

Według potwierdzenia Zygmunta Augusta, oblatowanego z oryginału pergaminowego w *Castr. Leop. Ind. Inscr.* t. 26. str. 399—402 na roczkach: „*Actum in castro inferiori Leopoliensi feria sexta infra octavas Divinissimi Corporis Christi anno Domini M^oDXLIX^oa*”. Porównaj powyżej dokument CXL.

CXLII.

We Lwowie 28. Października 1501 r.

Stanisław z Chodcza, kasztelan lwowski i starosta ruski i podolski, poświadcza, że Jakób Zawisza i Anna Ważna sprzedali przed sądem grodzkim lwowskim młyn leżący przed bramą halicką we Lwowie Marcinowi zwanemu Tłusty i żonie jego Małgorzacie za 300 grzywien.

Nos Stanislaus de Chodecz, Castellanus Leopoliensis necnon terrarum Russie et Podolie Capitaneus generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo constituti personaliter coram iure castrensi Leopoliensi providi Iacobus Zawyscha heres et Anna consors olim providi Martini Vazny, molendinatos molendini ante valvam Haliciensem civitatis Leopoliensis siti, Regalis, non compulsi nec coacti nec aliquo errore devio seducti, sani mente et corpore existentes et amicorum suorum freti consilio beneque deliberati, libere ac spontanee cum libera voluntate unanimiter recognoverunt coram iure castrensi Leopoliensi, quia Martinus dictus Tłusty unacum consorte sua honesta Margareta, civis Leopoliensis, ipsis prefatis satisfecerunt pro tricentis marcis et solutionem totalem fecerunt, pro quibus ipse partes prefate molendinum Regale ante portam Haliciensem civitatis Leopoliensis situm vendiderunt¹⁾. Quas prefatas tricentas marcas unacum consorte sua Margareta prefatis partibus superius nominatis ad rathas in actis castrensibus assignatas solvere debuerunt. Quod molendinum prefatum ipse Iacobus Zawyscha et Anna Vazna ipsis Martino et Margarete coram iure resignaverunt et condescenderunt perpetue et in evum et cum privilegio suo antiquo, cum quo privilegio ex antiquo molendinatos ex consuetudine antiqua unus alteri vendebant et resignabant. Que prefate partes, videlicet Iacobus Zawyscha et Anna Vazna summam superius descriptam coram iure realiter et cum effectu levaverunt et recognoverunt et pro prefato molendino eis et cum suis successoribus legitimis perpetuum silencium et ipsorum successoribus legitimis imposuerunt. Et debent prefate partes, videlicet Iacobus Zawyscha et Anna Vazna prefatum Martinum et Margaretam consortem ipsius ac eorum legitimos successores tueri et intercedere a qualibet persona sexus utriusque, prout ad quamlibet personam spectat et pertinet prescripcio terrestris seu castrensis, pro prefato molendino et si ob nontuicionem prefati Iacobus Zawyscha seu Anna Vazna se cittare permiserint in quodcumque ius, sive castrense, sive civile, sive eciam spirituale, recedendo a iuribus suis respondere tene-

buntur, in quocunque iure residerint. Et si prefatus Martinus cum consorte sua Margareta in premissis aliquod dampnum perciperint, extunc non ipsorum dampnum fieri debet sed Iacobi Zavyscha et Anne Vazna. Et super hoc Martinus cum Margareta consorte sua memoriale posuerunt, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Actum et datum in Leopoli feria quinta ipso die sanctorum Simonis et Iude apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo primo, presentibus ibidem reverendo, magnifico, venerabili, generosis ac nobilibus dominis Andree (*sic*) de Chodecz Electo Camenecensi, Paulo Cola de Dalzeyow Castellano Haliciensis, Iohanne Crovyczky Decano, Derslao Vyleczek de Boczow Succamerario, Felice de Baluczyn Subiudice terrestri, Iohanne Vysoczky Vicecapitaneo, Petro de Crzywczycze Iudice castrensi Leopoliensibus, Andree (*sic*) Herborth de Dzyedzylow, Iohanne Cola de Dalzeyow, Ieorgio Lyesznyowszky, Iohanne Dawydowszky et aliis quampluribus fidedignis circa premissa testibus.

Oryginał pergaminowy w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. XV. nr. 1). Pieczęć oderwana.

¹⁾ Porównaj powyżej dokumenta nr. CXXXVII i CXXXVIII a poniżej nr. CLXIII.

CXLIII.

W Krakowie 22. Marca 1502 r.

Alexander poleca urzędnikom ruskim i podolskim, aby byli rajcom lwowskim pomocnymi w wykonywaniu dekretu królewskiego przeciw naruszającym przywileje składu lwowskiego.

ALEXANDER Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithvanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis, palatinis, castellanis, capitaneis ceterisque dignitariis et officialibus, terrigenis, civitatum et opidorum consulibus ac villarum procuratoribus ubique in terris Russie et Podolie constitutis, presentibus requirendis, sincere et fidelibus nostris dilectis gratiam nostram cum favore. Magnifici, generosi, nobiles et famosi, sincere et fideles nostri dilecti. Ex querela civium Leopoliensium accepimus, qualiter licet iuxta iura et privilegia eorum omnes et singuli mercatores Regni nostri et alias undecunque venientes, qui in terris Russie et Podolie negociantur, cum rebus et mercibus ipsorum depositum generale Leopoliense transgredi non debeant, sed illuc res et merces reponere vel vendere teneantur, prout hoc ipsum in

privilegiis et iuribus eorum laciis continetur; nihilominus nonnulli mercatores et presertim Iudei, Armeni et alie persone, premissis non attentis, et depositum Leopoliense transgrediuntur et in civitatibus, opidis, villis ac curiis aliisque locis inconsuetis merces eorum vendunt, pannos incidunt et alia fora exercent, que per (*sic*) ipsa civitas Leopoliensis et depositum eius ac theoloneum nostrum destruitur. Nos itaque volentes talibus erroribus occurrere commisimus prefatis civibus nostris Leopoliensibus, quatinus omnes mercatores Iudeos et alterius cuiuscunque rittus homines, qui aut depositoryum Leopoliense preterirent aut in prefatis civitatibus, opidis, villis, curiis at aliis locis inconsuetis merces venditione exponerent, pannos inciderent ac alia fora inconsueta exercerent contra privilegia, iura et consuetudinem approbatam dicte civitatis Leopoliensis, arestare et huiusmodi res et bona ipsorum cuiuscunque generis aut maneriei existentes pro fisco nostro Regio recipere. Pro tanto vobis et cuilibet vestrum et presertim tibi magnifico Stanislao de Chotecz Castellano et Capitaneo Leopoliensi et aliis pro tempore existentibus committimus et mandamus, omnino habere volentes, quatenus dum per dictos cives nostros Leopolienses sive eorum officiales presentibus fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus in arestandis dictis mercatoribus Iudeis et cuiuscunque rittus hominibus, qui premissis contravenirent, nec non in recipiendis mercibus et bonis ipsorum consilio et auxilio esse debeatis tociens, quociens opportunum fuerit et necesse. Verum quia hac vice nonnulli Iudei de Myedzibosche et Ostrog huiusmodi depositoryum Leopoliense fuerant transgressi et eorum merces propterea fuerunt per eosdem cives Leopolienses iuxta eorum iura arestate, quas, licet ad magnas preces omnium consiliariorum Maiestati nostre factas cum difficultate relaxavimus, tamen huiusmodi relaxationem, ita ad importunam petitionem factam, nolumus aliquomodo interpretari, quo preiudicetur iuribus eorundem civibus (*sic*), que plene et integre fuerunt et sunt observata in futurum eque conservari illibate debebuntur. Nec aliter facere ausuri sub gravi nostra indignacione et sub penis in literis iurium dicte civitatis Leopoliensis originalibus contentis. Datum Cracouie feria tertia proxima post dominicam Palmarum anno Domini millesimo quingentesimo secundo, Regni vero nostri primo.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie
Cancellarius subscripsit.

Relacio reverendi in Christo patris domini
Creslai Episcopi Wladislauensis, Regni
Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 297. Pieczęć wraz z paskiem pergaminowym, na którym była zawieszona, odpadła.

CXLIV.

W Krakowie 24. Marca 1502 r.

Alexander potwierdza przywileje nadane mieszkańcom miasta Lwowa przez swych poprzedników.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Maiestatum mundanarum auspicia felicissima feliciora semper nominari debeant, dum, quod sacris suis proferrent oraculis pro iure et iusticia consolacioneque fidelium suorum tenendum, id literis etiam perpetuis firmarent et posterorum noticie commendarent tanquam evo duraturum sempiterno, proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque ac Culmensis et Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium universis, quibuscunque expedit, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quia licet in sacris Maiestatis nostre primiciis, dum videlicet principes spirituales et seculares ceterique prelati, barones et regnicole nostri felici nostre aderant coronacioni universa privilegia per divos olim antecessores nostros videlicet Lodouicum alias Loysch, Kazimirum Antiquum, Wladislaum avum et Wladislaum patrum, Kazimirum patrem et Iohannem Albertum germanum et alios Reges predecessores nostros eiusque regnicolis concessa promiserimus tenenda, tamen insuper, ut ipsi pro eorum in nos fide et benivolencia perpendant se proinde graciaram nostrarum effectus et in presenti consecutos et omni tempore consecuturos procul dubio, qua quidem sua benivolencia nos post mortem eiusdem olim domini Regis Iohannis Alberti ad hoc inclitum Regnum Polonie iure electionis eorum libere Deique optimi favente clemencia unanimiter elegerunt regnaturum, decrevimus ex speciali virtute et munificencia nostris per literas perhennes nostras promissionem illam nostram efficere firmiorem. Unde sicut quibuslibet petentibus confirmacionem privilegiorum ab eisdem olim antecessoribus nostris habiturum hactenus dare consuevimus sic famosorum preconsulis consulumque ac universorum incolarum civitatis nostre Leopoliensis privilegia, inscripciones, libertates, concessiones, exempciones, prerogativas, indulta et alia munimenta per quoscunque Reges et Principes, predecessores nostros, eis simul aut divisim predicteque civitati nostre Leopoliensi data et concessa datasque et concessas, iusta et legitima iustasque et legitimas, quorum quarumque tenores perinde esse et valere volumus, tanquam his nostris de verbo ad verbum inserta inserteque essent, in omnibus eorum earumque tenoribus, passibus, capitulis, condi-

cionibus, clausulis et articulis duximus ex gracia speciali, virtute et munificencia nostris confirmanda, approbanda et roboranda confirmandasque approbandas et roborandas, prout confirmamus, approbamus et roboramus decernentes ea et eas perpetui roboris vim habituras tenore presencium mediante in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum Cracouie feria quinta proxima ante festum solennis Pasche anno Domini millesimo quingentesimo secundo, Regni vero nostri primo, presentibus his reverendo in Christo patre domino Creslao Episcopo Wladislaiensi et Regni nostri Cancellario magnificisque, generosis venerabilibusque Stanislao de Chodecz Castellano et Capitaneo Leopoliensi, Iacobo de Schidlowiecz Thezaurario, Mathia de Drzewicza Vicecancellario Regni nostri, Iohanne de Lasko Decano Wladislaiensi et nostro Secretario, Iohanne Rapschtinski Curie nostre Marschalco et Sandomiriensi, Petro de Schidlowiecz Succamerario Cracouiensi et Gostinensi, Iohanne de Camenez Belzensi, Georgio Urupsky de Orchow Chelmensi Capitaneis aliisque compluribus consiliariis et curiensibus nostris fidedignis ad premissa testibus. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Creslai Episcopi Wladislaiensis et Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie
Cancellarius subscripsit.

Relacio reverendi in Christo patris domini
Creslai Episcopi prefati Wladislaiensis,
Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 298. Na sznurku z czerwonego jedwabiu zawieszona większa pieczęć królewska, na czerwonym wyciśnięta wosku.

CXLV.

W Krakowie 24. Marca 1502 r.

Alexander potwierdza wyrok Dzierśława Wilczka z Boczowa podkomorzego, Felixa z Baluczyna podsędka ziemskiego i Jakóba Hermanowskiego sędziego grodzkiego lwowskich wydany we Lwowie 6. Czerwca 1500 r. w sporze między Katarzyną, matką a Barbarą i Małgorzatą, córkami o Zimnowodę i młyn przed bramą krakowską we Lwowie położony.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Prudentum consilio ad humanas actiones, que perhennem habiture sunt memoriam, provisum existit, ut quicquid auctoritate principum pro suorum comodo fidelium unquam conceditur, id litterarum tenoribus et sigillorum appensione muniri debeat et consuevit, proinde nos

Alexander Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, magnus dux Lithvanie, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis Pomeranieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quia pro parte nobilis Barbare, consortis famosi Nicolai Arnesth consulis Leopoliensis supplicatum est, quatinus litteras coram nobis exhibitas tenoris infrascripti confirmare et approbare dignaremur atque ratificare. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tu następuje dokument Dzierśława Wilezka z Boczowa podkomorzego, Felixa z Baluczyna podsędką ziemskiego i Jakóba Hermanowskiego sędziego grodzkiego lwowskich wydany we Lwowie 6. Czerwca 1500 r. a oddrukowany powyżej pod nr. CXXXIV., poczem potwierdzenie brzmi dalej:

Nos itaque Alexander Rex prefatus Polonie petitionibus huiusmodi pro parte ipsius Barbare factis annuentes pro communi bono pacis preinsertas litteras cum omnibus earum punctis, articulis, condicionibus et sentenciis approbamus, ratificamus et confirmamus decernentes eas robur obtinere firmitatis, tenore presencium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Cracovie feria quinta magna ante festa Paschalia proxima anno Domini millesimo quingentesimo secundo, Regni vero nostri primo, presentibus his reverendo in Christo patre domino Creslao Episcopo Wladyslaviensi et Regni nostri Cancellario, magnificis et generosis et venerabilibus Stanislao de Chothez Castellano et Capitaneo Leopoliensi, Iacobo de Schydlowyecz Thezaurario, Mathia de Drzewycza Vicecancellario Regni nostri, Iohanne de Lassko Decano Wladyslaviensi Secretarioque nostro, Iohanne Rapstinsky de Thanczin Curie nostre Marschalko et Sandomiriensi, Petro de Schydlowyecz Succamerario Cracoviensi et Gostinensi, Iohanne de Camyenyecz Belzensi, Georgio Krupsky de Orchow Chelmensi Capitaneis aliisque compluribus consiliariis et curiensibus nostris fidedignis ad premissa testibus. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Creslai Episcopi Wladyslaviensis et Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti.

Creslaus Episcopus et Regni Polonie
Cancellarius subscripsit.

Relacio reverendi in Christo patris domini
Creslai Episcopi Wladyslaviensis et Regni
Polonie Cancellarii.

Oblatowano w *Castr. Leop.* t. 7. str. 94—96. z okazji sporu o młyn przed bramą krakowską we Lwowie położony między Barbarą Arnastową a Katarzyną 2^o v. Karsznicką na roczkach: „*Acta sunt hec feria sexta post festum sancti Bartholomei proxima anno Domini millesimo quingentesimo secundo*“ (26. Sierpnia).

CXLVI.

W Wilnie 10. Maja 1503 r.

Alexander pozwała rajcom lwowskim osadzać w Brzuchowicy kmieci i ogrodników tudzież urządzić tam stawy i budować młyny.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Celebris et diuturna principum consuetudo hoc instituisse cernitur a seculo, ut quicquid vel coram gestum sit vel ipsa confirmationis robore perpetuat, id propter rei geste notitiam litterarum perhennium tenoribus commendari debeat, proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithvanie, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium universis, quibus expedit, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quia pro conditione meliori civitatis Leopoliensis nostre volentes, ut in suis ampliatur commoditatibus, consulatui civitatis eiusdem in limitibus bonorum immobilium ad prefatam civitatem ex antiquo pertinencium et presertim in rivulis Brzuchovicza, salvo tamen iure et iusticia nostris ac cuiuslibet, thabernas, emethones, ortulanos et agricolas denuo locandi, piscinas quoque et molendina in eisdem rivulis erigendi, fundandi et faciendi consensimus consentimusque tenore presencium mediante, per ipsos consules Leopolienses pro tempore existentes predictas thabernas, emethones, ortulanos, agricolas, piscinas et molendina iuxta antiqua dicte civitatis privilegia cum prerogativis, proventibus et emolimentis in privilegiis eiusdem civitatis descriptis aliisque ex eisdem denuo locatis, erectis et fundatis proventibus, censibus, laboribus, daciis, solucionibus annuis et septimanalibus cum omnique iure, dominio et proprietate, nihil iuris, dominii et proprietatis nobis successoribusque nostris in eisdem denuo locandis emethonibus, thabernatoribus, ortulanis ac piscina et molendino erigendis reservantes, tollendum, percipiendum ac nostro accedente consensu alienandum et pro meliori civitatis condicione iuxta temporis necessitatem convertendum sicque regendum et disponendum, prout melius et utilius ipsis consulibus videbitur expedire, salvis iuribus nostris, tenore presencium mediante in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum annulare nostrum presentibus est subappensum. Actum Vilne feria quarta proxima post festum sancti Stanislai in Maio anno Domini millesimo quingentesimo tertio, Regni vero nostri anno secundo, presentibus ibidem magnifico, venerabilibus et generosis Petro Mysskowsky Palatino Lanciciensis, Iohanne Rapstynsky de Tanczyn Curie nostre Marschalco, Sandomiriensi et Ploczensi Capitaneo, Iohanne de

Lassko Cancellario Gneznensis, Supremo Secretario nostro, Nicolao de Cryczko Decano Cracouiensis ecclesiarum, Petro de Wrocymovicze Dapifero Cracouiensi, Iohanne seniore Buczaczki, sincere, devote et fidelibus dilectis, ceterisque quam pluribus consiliariis et curiensibus nostris circa premissa testibus. Datum per manus prefati venerabilis Iohannis de Lassko Supremi Secretarii nostri.

Alexander Dei gracia Rex manu propria
subscripsit.

Relacio eiusdem venerabilis Iohannis
de Lasko Supremi Regie Maiestatis
Secretarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 300. Po pieczęci sygnetowej pozostały sznurki z peli koloru czerwonego i niebieskiego.

CXLVII.

W Wilnie 10. Maja 1503 r.

Alexander postanawia, aby w przeciągu lat dwóch nikt z obcych, nie posiadających prawa miejskiego lwowskiego, nie kupował u obcych towarów, lecz nabywał je u kupców lwowskich.

ALEXANDER Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quia intelligentes, quod mercatores advene et alii cuiusvis status et condicionis homines hospites, ius civitatis Leopoliensis non habentes, cuiuslibet generis et maneriei merces, quas alii hospites similiter mercatores vendendum Leopolim adducunt, lucrorum gracia, ab eisdem advenis mercatoribus et non a civibus Leopoliensibus libere emere consueverunt, scientesque propterea incolas et cives Leopolienses non mediocri iniuria et gravamine affici civitatemque ipsam in proventibus suis incommodari ac in illibertatem redigi, quamobrem nos condicionem civitatis eiusdem nostre Leopoliensis meliorem facere ipsamque et inhabitatores eius ampliori libertatis gracia prosequi cupientes, decrevimus et presentibus decernimus eam libertatem, quam mercatores hospites in civitate Leopoliensi libere ab aliis hospitibus res venales emendo habuere, hinc ad duorum annorum decursum suspendere, prout suspendimus tenore presencium mediante, decernentes et omnino habere volentes, quod de cetero nullus mercatorum advenarum ius civitatis Leopoliensis non habencium, mercandi gracia Leopolim veniens, res et merces cuiuscunque generis et maneriei a nullo mercatorum advenarum

Leopoli emere presumat, sed domestici Leopolienses mercatores primum mercatum faciant et emant, a quibus tandem domesticis Leopoliensibus mercatoribus, mercatores advene res et merces redimere studeant cum eisdemque domesticis Leopoliensibus mercaturam exerceant sive res pro rebus dando, cambiando sive emendo aut alio quocunque negociacionis genere comparando. Cuius quidem decreti et suspensionis nostrorum literas presentes concessimus, decernentes eas ad duorum annorum decursum valituras. Harum quibus sigillum nostrum anulare est subappensum testimonio literarum. Datum Wilne feria quarta proxima post festum sancti Stanislai in Maio anno Domini millesimo quingentesimo tercio, Regni nostri anno secundo.

Alexander Dei gracia Rex manu propria
subscripsit.

Relacio venerabilis Ioannis de Lassko
Supremi Regie Maiestatis Secretarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 299. Po pieczęci sygnetowej pozostał pasek pergaminowy, na którym była zawieszona.

CXLVIII.

W Wilnie 10. Maja 1503 r.

Alexander znosi targ odbywający się corocznie 21. Stycznia we Lwowie.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Consuevit principum auctoritas interdum novas, interdum etiam vetustas constituciones atque decreta pro temporum necessitate in condiciones locorum permutare meliores et quicquid observandum per subditos suos instituerit, id et litteris et sigillis communiendo autenticis decernere consuevit perhennis firmitatis habere robur, proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Russie, Prussie ac Elbingensis, Culmensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quod licet nundine seu forum annuale per diuos olim antecessores nostros Reges Polonie pro festo sancte Agnetis virginis singulis annis agendum in civitate nostra Leopoliensi fuerint institute seu institutum, tamen quia hac tempestate post depopulacionem terrarum Russie crebrioremque hostium nostrorum incursionem illic fieri solitam, illam civitatem per nundinas temporis predicti plus incommodari, quam incrementa utilitatis suscipere acceperimus, idcirco ad petitiones civium et consulum civitatis illius, volentes civitatis eiusdem nostre

condicionem facere meliorem, eas ipsas nundinas pro festo sancte Agnetis Leopoli per antecessores nostros Reges Polonie institutas ac tandem per subditos nostros undequaque illic confluentes haberi et exerceri in hactenus solitas exnunc annullamus, cassamus, tollimus, deponimus et in nichilum redigimus tenore presencium mediante in perpetuum. Quamobrem ne quispiam de ipsa annullacione et decreto nostris ignoranciam pretendat, mandamus et decernimus annullacionem et deposicionem nundinarum illarum edicto publico seu proclamacione mediante in districtibus, civitatibus et opidis singulis terrarum Russie et presertim circumcirca Leopolim sitis ad universorum incolarum Regni nostri, presertim ad nundinas illic congregari solitorum et aliorum quorum interest noticiam deduci sic quoque publicari et insinuari eviterne. In cuius rei testimonium sigillum nostrum anulare presentibus est subappensum. Actum Wilne feria quarta proxima post festum sancti Stanislai in Maio anno Domini millesimo quingentesimo tercio, Regni vero nostri anno secundo, presentibus ibidem magnifico, venerabilibus et generosis Petro Misskowski Palatino Lanciensi, Iohanne Rapsthynski de Thanczyn Marschalko curie nostre, Sandomiriensi et Ploczensi Capitaneo, Iohanne de Lassko Cancellario Gneznensis ecclesie, Supremo Secretario nostro, Nicolao de Krziczko Decano Cracouiensi, Petro de Wroczimovicze Dapifero Cracouiensi et Iohanne de Buczacz Palatinide Podolie, sincere, devote et fidelibus diltis (*sic*) et aliis quampluribus consiliariis et curiensibus fidedignis ad premissa testibus. Datum per manus prefati venerabilibus (*sic*) Iohannis de Lassko Supremi Secretarii nostri.

Alexander Dei gracia Rex manu
propria subscripsit.

Relacio eiusdem venerabilis Ioannis de
Lassko Supremi Regie Maiestatis Se-
cretarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 301. Na sznurkach jedwabnych koloru czerwonego i niebieskiego zawieszona, na czerwonym wosku wyciśnięta, sygnetowa pieczęć króla Alexandra. Na odwrotnej stronie ręką współczesną: *Rta (Registrata)*.

CXLIX.

We Lwowie 3. Listopada 1503 r.

Felix z Baluczyna sędzia i Jan z Dawidowa podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Barbara żona Mikołaja Harnasta i Małgorzata żona Pawła Rozborskiego, córki Piotra Zimnawodzkiego, podzieliły między siebie wieś Zimnawodę.

Nos Felix de Baluczyn Iudex necnon Iohannes de Daidow Subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum nobiscum protunc iudicio terrestri residencium presenciam venientes personaliter nobiles Barbara consors Nicolai Harnasth et Margaretha consors Pauli Rozborsky heredes de Zymnawoda non compulse nec coacte, nec aliquo errore devio seducte, sane mente et corpore existentes ac amicorum suorum salubri frete consilio et cum consensu maritorum suorum coram iure terrestri libere recognoverunt, quia inter se fecerunt et ordinaverunt perpetuam et irrevocabilem divisionem in bonis suis paternalibus post olim patrem ipsarum in villa Zymnavoda. Cui Margarethe cesserunt a curia antiqua incipiendo usque ad kmethonem Iacobum Nakwassa hoc est: Horthel tenens medium laneum, Shymek laneum, Maslo medium laneum cum laneis desertis et tria quartalia ex opposito in alia parte curie. Item Nakwassa cessit utrique parti per medium Margarethe quam Barbare. Item Barbare sorori seniori cesserunt omnes lanei deserti usque ad metas medietatis ville quondam Iohannis Zymnovoczsky, videlicet: Lorek tenens laneum, Shymonek medium laneum, Iacobus Kuczab medium laneum. Item ex alia parte predictorum kmethonum ex opposito curie antique ipsi Margarethe cessit dimidius quintus laneus et ex alia parte piscine alius dimidius quintus laneus cessit Barbare sorori seniori. Curia autem antiqua, in qua pater ipsarum residebat, cessit Margarethe. Item excrescencie alias obshary seu lanei, qui sunt Regales, per medium diviserunt et cesserunt ambabus, tam Margarethe quam Barbare. Item excrescencie alias obshari seu lanei ad prefatam curiam antiquam spectantes, versus civitatem Leopoliensem iacentes, per medium eciam diviserunt ambe sorores, tam Barbara quam Margaretha. Item piscina in hereditate seu empcone perpetuitatis medietatis Zymnavoda retro kmethonem Lorek cessit Margarethe. Item in campo ipsius ville perpetuitatis cessit piscina nova Barbare dicta Lemyeshow staw perpetua divisione. Item quartale desertum, quod iacet ex illa parte

fluminis prefatorum kmethorum ex opposito ex ambabus partibus tam Margarethe quam Barbare debet remanere et pro usu ipsorum kmethonum, hoc est ad depellaturam alias nawygon. Item prata ex ista parte versus civitatem debent pertinere Margarethe et prata ex illa parte fluminis, ubi prefata piscina nova iacet, pertinent ipsi Barbare sorori seniori. Item silve, prata, pascua et alii proventus ad ambas sorores Barbaram et Margaretham cesserunt perpetue hereditatis communiter pro ambarum parciuum utilitatibus. Quam divisionem debent tenere perpetuo et in evum ipsa Barbara et Margaretha et cum suis successoribus. Et iam una pars alteri condescendit et resignavit. Item medietas ville obligatorie, quam habent in obligatione a domino olim Iohanne Zymnovoczsky, quam pater ipsarum olim dominus Petrus tenuit in obligatione, ipsam Barbara cum Margaretha sorores germane debent per medium habere et tenere tam kmethones, tam labores ex ipsis kmethonibus, tam tabernis quam piscinis et ipsarum demissionibus, tam eciam pratis, agris, silvis communiter utifrui debent cum ipsarum legitimis successoribus cum omni iure et dominio et proprietate. Item in laneis desertis ambe sorores possunt locare homines secundum beneplacitum suum. Et super hoc Barbara et Margaretha memoriale posuerunt, quod iudicium suscepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in iure terrestri feria sexta post Omnium Sanctorum proxima anno Domini millesimo quingentesimo tercio, presentibus ibidem generosis et nobiles Derslao Wilczek Succamerario, Felice de Baluczyn Iudice, Iohanne de Daidow Subiudice terrestribus Leopoliensibus, Georgio de Lessnyovice, Nicolao Hernasth, Iacobo Hermanowsky et aliis fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. XII. nr. 6). Na paskach pergaminowych zawieszono dwie pieczęci wyciśnięte na wosku zielonym; pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Leliwa z napisem w otoku: S. FELICIS D: BALVCZIN IUDICIS; druga pod-sędka odcisk herbu Prus 2-do z napisem: S. IOANIS D. DAUIDOW SUBIUDICIS.

CL.

W Lwowie 20. 1503 r.

Andrzej Róża arcybiskup lwowski i biskup przemyski potwierdza testament mieszczanina lwowskiego Piotra Strzyczka, mocą którego tenże przeznaczył za przyzwoleniem króla Alexandra dom swój na utrzymanie polskiego kaznodziei przy katedrze lwowskiej.

IN NOMINE (Do)MINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Sagax mortalium industria literarum genus adinvenit, ut eis res longa (*mem*)oria dignas conscriberet atque perpetua donaret memoria, proinde nos Andreas Dei gracia sancte metropolitane Leopoliensis ecclesie Archiepiscopus et Episcopus Premisliensis significamus tenore presentium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quia dum nos ita, uti Deo placuit, ecclesie Leopoliensi (*p*)refecti essemus reperissemusque in ea ecclesia predicatorem in vulgari Polono in proventibus non esse provisum et nemo tenetur propr(*is*) stipendiis militare, lucubravimus noctesque diesque de ordinandis sibi proventibus. Dum itaque ardencius id cogitarem, ordinavit Ille omnium bonarum cogitationum director, Deus, ut quidam civis, nomine Petrus, cognomento vero Strziczek, civis Leopoliensis, homo religione devocioneque et elemosinarum largitione bonus, de hac vita absque herede decedens, domum suam ex lateribus lapidibusque constructam intra muros civitatis Leopoliensis ex opposito ecclesie metropolitane sitam, contiguam domui vicariorum, pro ipso predicatore in testamento donaret legaretque, prout tunc et legavit solenniter atque legitime, accedente ad hoc solenni consensu serenissimi principis et domini Alexandri Dei gracia Regis Polonie; supremi ducis Lithvanie, Russie Prussieque etc. domini et heredis, quem consensum et privilegio suo pro meliori firmitate confirmavit et roboravit Maiestas sua, supplicans nobis idem civis atque obsecrans et obtestans, ne domus prefata aliorum quam ad hoc opus iret essetque perpetuo pro ipso predicatore Polono incorporata. Racione cuius donacionis predicatorem prefatum et eius successores hoc onere tantummodo obstringi voluit et petiit, ut duas missas in septimana qualibet in capella ipsiusidem Petri Striczek, per eum in ipsa ecclesia metropolitana Leopoliensi supra portam, qua intratur ad ipsam ecclesiam, constructa et per nos consecrata, ad altare eiusdem capelle, quod eciam ipse idem ex bonis suis a Deo sibi collatis edificavit et fundavit pro salute anime sue, videlicet Requiem eternam, per se vel per alium legeret perpetuo et in evum. Supplicavit eciam nobis, ut predictum altare, quod sic, ut supra diximus,

fundavit, erigeremus et incorporaremus sibi prefatam domum ad effectum¹⁾
 (prefato) predicatore in perpetuum. Nos igitur, attento ipsius tam pio tamque sancto
 opere, processimus in Dei (nomine ad effectuandum no)strum desiderium incorporavi-
 musque prefatam domum ipsi altari in capella ipsius sito et²⁾
 (prese)ntibus literis nostris incorporamus, in visceramus, annectimus erigimusque, de-
 cla(rantes) ipsum altare et prefatam domum ad) predicatorem in Polonico pertinere
 debere in perpetuum et in evum, prout et declaramus h³⁾
 ordinatione decernimus, ut predictus (predicator) pro tempore et eius successores le-
 git(timi duas missa)s omni septimana ad altare in capella⁴⁾n ipsius desi-
 derium. Que omnia e(t singula superius expressa) hoc privilegio nostro approbamus,
 ro(boramus, ratificamus) et confirmamus atque robur perp(etue firmitatis habere volumus.
 In quorum omnium et singulorum fidem et (testimonium evidencius) presentes nostras
 literas scribi sigilloque (nostro communiri et signo) publici notarii nostri subscribi iussi-
 mu(s. Actum et datum in civ)itate Leopoliensi vigesima die m(ensis)⁵⁾ (anno
 Domini millesi)mo quingentesimo tercio, presen(tibus venerabilibus et honorabilibus)
 Iohanne Crowiczski De(cano Leopoliensi)⁶⁾ Premisliensi, Nicolao Rokos,
 Berna(rdo)⁷⁾ snyczski Canonicis ecclesie n(ostre et aliis quam pluribus fide-
 dignis ad) premissa.

Et ego Iohannes Michaelis⁸⁾ auctori-
 tate apostolica Notarius publicus et coram memorato re-
 verendissimo domino (Andrea Archiepiscopo Leopoliensi scri)ba,
 quia predictis fundacioni, erectioni, constitucioni, ordina-
 cioni et decreto aliisque (omnibus et) singulis dum sic, ut
 premissum est, agerentur et fierent unacum prenominitis
 testibus presens interfui eaque et singula sic fieri vidi et
 audivi, ideo presens publicum instrumentum manu alterius
 fideliter scriptum exinde confeci et in hanc formam publi-
 cam redegii signoque et nomine meis solitis subscripsi et
 consignavi in fidem et testimonium roburque perpetuum
 omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

S. N.

Oryginał pergaminowy w archiwum kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. VIII. nr. 3) bardzo uszkodzony. Na sznurze jedwabnym koloru czerwonego, żółtego i zielonego zawieszona pieczęć arcybiskupa na czerwonym wosku odcisnięta, przedstawiająca herb: Róża, podtrzymywany przez dwa lwy, nad tarczą krzyż, naokoło zaś napis: S. ANDREE ROSA DEL GRA ARCHIEPISCOPI LEOPOLIEN.

¹⁾ Dwa wyrazy zniszczone. ²⁾ Cztery wyrazy zniszczone. ³⁾ Około czterech wyrazów brakuje.

⁴⁾ Dwa wyrazy zniszczone. ⁵⁾ Nazwa miesiąca wypadła skutkiem tego daty bliżej oznaczyć nie można.

⁶⁾ Dwa wyrazy zniszczone. ⁷⁾ Dwa wyrazy zniszczone. ⁸⁾ Trzy wyrazy zniszczone.

CLI.

We Lwowie 11. Lipca 1503 r.

Kapituła lwowska uwiadamia Filipa de Sergardis doktora praw obojga, protonotaryusza apostolskiego i generalnego audytora kardynała Piotra tytułu św. Cyriaka, że żadnemu z księży i notaryuszów lwowskich nic nie jest wiadomem o procesie i wyklęciu rajców lwowskich w sprawie z Urszulą, wdową Bartłomieja Hanel mieszczanina lwowskiego.

Venerabili domino Philipo de Sergardis Senensi, utriusque iuris doctori et sedis apostolice Prothonotario reverendissimique in Christo patris et domini domini Petri, miseracione Divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie Presbiteri Cardinalis ad Vngarie, Bohemie et Polonie etc. Regna sedis apostolice Legati causarum generali Auditori, capitulum ecclesie metropolitane Leopoliensis salutem et debitam reverenciam. Venerabilis domine! Significamus presentibus nostris literis, quomodo hodie, dum fuimus capitulariter congregati ad nostram venientes presenciam famati domini proconsul et consules civitatis Leopoliensis debita cum instancia quesiverunt, utrum nobis constitisset et constaret de originali cittacione excommunicacionumque processibus contra ipsos consules ad instanciam, ut dicitur, honeste domine Vrsule, olim Bartholomei Hanel civis Leopoliensis relicte, ab auditorio V. V. emanatis et legitime executis. Nos quamvis de cittacione huiusmodi et excommunicacionum processibus premencionatis eorundemque execucionibus minime constaret, nichilominus tamen de ea re cittacione et processibus huiusmodi debite experiri volentes, omnes et singulos vicarios, altaristas, mansionarios et graciales presbiteros, tabelliones et notarios publicos in civitate Leopoliensi existentes convocavimus et eos de dicta cittacione et excommunicacionum processibus requisitos habuimus, qui omnes et singuli et quilibet pro suo interesse respondendo de quesita cittacione originali et excommunicacionum processibus nichil unquam ipsis constitisse neque constare dixerunt, sed neque ad execucionem eorundem per aliquem legitime requisiti fuisse. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium presentes nostras literas per notarium nostrum et facti huiusmodi coram nobis scribam publicari et subscribi fecimus sigilloque nostro capitulari iussimus comuniri. Actum et datum die Martis undecima mensis Iulii anno Domini millesimo quingentesimo tercio.

S. N.

Et ego Bernardus Simonis de Leopoli clericus diocesis Leopoliensis, publicus sacra apostolica auctoritate Notarius, quia predictis requisicioni, convocacioni, examinationi et revisioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur unacum pre-nominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc publicum instrumentum manu propria scriptum omnia et singula in notam assumens exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis cum prelibati venerabilis capituli sigilli (*appensione*) consignavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 302. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć kapituły lwowskiej na zielonym wyciśnięta wosku taka, jaką podaje w herbarzu Niesiecki.

CLII.

We Lwowie 24. Września 1503 r.

Jan Myszkowski proboszcz i rektor szpitala św. Ducha stanowi z lwowskimi rajcami umowę o rozjemców i ostateczny termin celem załatwienia sporu o zarząd wymienionego szpitala.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Sub anno nativitatis Eiusdem millesimo quingentesimo tercio, indicione quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri Divina providentia Pape sexti, anno ipsius undecimo, die vero Solis vigesima quarta mensis Septembris, hora meridiei vel quasi, in domo et stuba murata dominorum canonicorum ex opposito ecclesie metropolitane versus meridiem in Leopoli sita, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constituti personaliter venerabilis dominus Iohannes Myskowsky Prepositus et Rector hospitalis, actor principalis ab una et famosi domini preconsul et consules Leopolienses, tutores domus pauperum prefati hospitalis ex adversa principales ab altera partibus, in causis et questionibus interdictas partes vertentes (*sic*) de et super regimine hospitalis prefati, iconomi posicionem, testamentis, duobus kmethonibus in Podborcze, vinea, tabula petitoria, presbiteri por-

cione et rerum morte pauperum derelictarum et duobus altaribus in predicta domo pauperum constructis, pro quibus diutius coram venerabili domino Stanislao de Trzebochow Canonico et Officiali Leopoliensi generali fuisset et esset litigatum usque ad diffinitive sentencie prolacionem exclusive et illarum occasione volentes ipse partes hincinde parcere laboribus, litibus, sumptibus et impensis ac eciam de predicta causa principali et toto processu seu processibus coram memorato domino Officiali Leopoliensi habitis et de omnibus conquestis et emergentibus ex eisdem pro se et suis heredibus ex pacto inter ipsas partes habito in arbitros compromittere voluntarie omnibus melioribus modo, via, causa, forma, stilo et ordine, quibus efficacius potuerunt et debuerunt melioribus, concorditer elegerunt, constituerunt, fecerunt et ordinaverunt venerabiles dominos Iohannem Croyeczky Decanum, magistrum Thomam de Drohabicz et Nicolaum Rokosz de Coszicze Canonicos Leopolienses, arbitros et compromissarios, arbitratores, laudatores et amicabile compositores presentes, dando et concedendo eisdem arbitris liberam et plenariam potestatem in premissis et singulis premissorum de plano et sine strepitu et figura iudicii examinare et cognoscere de processu et tota causa predicta. Quodque debeant decidere et determinare predictas causas et questiones die sequenti, qui terminus cadit in vigesimam quintam Semptembris et ex iusta causa predictum tempus et terminum prorogare valeant et possint et per se ipsos pronunciare vel diffinire vel laudare, precipere et arbitrare ab alto et basso vocatis tamen dictis partibus aut ipsarum partium procuratoribus, prout eis videbitur terminare et ordinare, semel vel pluries, coniunctim vel divisim, simul vel alter eorum, ordine iuris observato vel non observato, ordinarie vel extraordinarie, diebus feriatis vel non feriatis, sedendo vel stando, verbo vel in scriptis, vel qualitercumque et quomodocumque, prout ipsis videbitur melius expedire, nec pretermisso obstare, omni hora vel loco, utraque parte absente, vel utraque parte presente, vel altera parte absente, tamen cittata et quod unus possit pro se suis aliis pronuncciare et sentenciam arbitralem legere vicim pro suis dominis et successoribus per solemnem stipulacionem predictorum dominorum eorum, ad que facienda speciale mandatum habentes stare, parere et obedire eorum laudo et arbitrio, posicioni, pronuncciacioni, preceptis seu precipiendis emologare, comprobare et in nullo contravenire quacumque racione vel causa seu modo, iure vel facto, verbo vel opere per se vel interpositam personam, que vel quas inter eos super quocumque aut similiter aliquo premissorum seu rerum occasione dixerint, fecerint seu pronuncciaverint, laudaverint aut arbitrati fuerint. Quodque prefate partes contra eos et eorum preceptum, laudum et pronuncciacionem seu arbitrium non appellabunt nec appellacionem consequentur, nullum rescriptum vel privilegium per se vel per alium impetrabunt nec impetratis utentur, nullam excepcionem opponent, restitutionem in integrum non petent nec illud corrigi seu emendare per superiorem vel aliquem iudicem postulabunt,

quocumque non utentur cuiuscumque legis vel canonis, statuti vel consuetudinis beneficio, quod viciat seu viciari vel infirmare valeat huiusmodi compromissum in totum vel in parte, sive ex persona arbitrii, sive ex personis compromittencium, sive ex forma compromissi vel arbitrii, seu ex rebus vel causis de quibus compromissum est, sive quacumque ratione Quod si fecerint in aliquo contra premissa vel contra aliquod premissorum venirent, promiserunt solenniter, ut dictum est, sibi invicem partes ipse, quod si pars arbitrium seu laudum in totum vel in parte non servans subici pene, quam domini arbitri posuerint, inflixerint et vallaverint, et preterea si aliquam partium pronuncciationem sentencie seu laudo in parte vel in toto fuerit soluta pena huiusmodi vallata, rata nichilominus remanebit arbitralis sententia tocians, quociens contra ipsam contingerit attemptare totusque processus et omnia acta super premissis habita ipso iure non teneant neque valeant, quasi acta et facta non fuissent, promittentes ipse partes omnia et singula premissa et quicquid dicti arbitri, laudatores et amiables compositores dixerint, pronuncciauerint, preceperint, laudaverint et decreverint rata, grata atque firma in omnibus punctis, articulis et clausulis tenere et inviolabiliter observare sub penis vallatis et omnium bonorum suorum tam mobilium quam immobilium obligacione et ipoteca. Super quibus omnibus et singulis premissis predicti domini compromittentes pecierunt a me notario publico infrascripto hoc presens ipsis fieri et confici publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indicione, pontificatu, die, mense, hora et loco quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis dominis Simone de Gorka Secristiano, et Michaele de Busco Vicario ecclesie Leopoliensis, Benedicto de Wratislauia arcium Baccalario et scole Leopoliensis tunc Rectore, Felice de Tuchola eiusdem scole locato et Caspero Stheen laico de Leopoli ac aliis quampluribus fidedignis testibus circa premissa.

S. N.

Et ego Bernardus Simonis de Leopoli clericus diocesis Leopoliensis, publicus sacra apostolica auctoritate Notarius, quia predictis compromissioni, potestatis dacioni, ratihabicioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur una cum prenomminatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegisti signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi et communivi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 303. Pieczęci nigdy nie było.

CLIII.

We Lwowie 30. Września 1503 r.

Jan Krowicki dziekan, mistrz Tomasz z Drohobycza i Mikołaj Rokosz z Koszycz kanonicy lwowscy, sędziowie polubowni, rozstrzygają spór Jana Myszkowskiego proboszcza lwowskiego i rektora szpitala św. Ducha z rajcami lwowskimi o zarząd tegoż szpitala.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Iohannes Crovyczky Decanus, Magister Thomas de Drohabytz et Nicolaus Rokosz de Koszycze Canonici Leopolienses, arbitri, arbitratores et amiables compositores parcium infra-scriptarum concorditer deputati et electi universis et singulis, quorum interest aut interesse poterit, presentibus notum esse volumus, quod cum inter venerabilem dominum Iohannem Myskowsky Prepositum Leopoliensem et Rectorem hospitalis ibidem, actorem principalem ab una et famosos dominos preconsumem et consules Leopolienses prefati hospitalis tutores parte ab altera pro, de et super regimine dicti hospitalis Leopoliensis seu domus pauperum ibidem degencium ipsiusque domus censibus, testamentis, literis, vinea, duobus kmethonibus in villa Podboreze, prebenda seu porcione presbitero hospitalis dare solita, vino, cera, tabula petitoria et duobus altaribus in ipsa domo pauperum dudum erectis et constructis et omnium premissorum occasione coram venerabili domino Stanislao de Trzebochow Canonico et Officiali Leopoliensi generali satis diu fuisset litigatum, ex qua quidem lite et controversia sumptus, impense et labores ac fatige magis ac magis sequi videbantur, propter quod partes predictae sencientes se non mediocriter gravatas ac in futurum, nisi ab anfractibus huiusmodi legitime desisterent, posse plus gravari volentesque strepitus ac involuciones huiusmodi questionum per viam amicabilem concordie consopire, matura hincinde deliberacione prehabita in nos tanquam in arbitros, arbitratores et amiables compositores super omnibus et singulis predictis questionibus de alto et basso coram notario publico subscripto et fidedignis testibus concorditer et solenniter in forma, ut debuerunt, meliori compromiserunt, prout de eo aput eundem notarium plene et sufficienter constare videtur, que hic volumus habere pro insertis, recedentes simpliciter ac renunciantes per expressum omnibus iuribus, litibus et causis, privilegii sentenciis, appellacionibus et aliis quibuscumque excepcionibus habitis et habendis seu quibuscumque aliis iuris beneficiis sive remediis hincinde factis et fiendis, subicientes se penis quibuscumque spiritualibus et temporalibus per nos inter dictas partes vallandis et firmandis. Quibus

sic, ut premittitur, factis ac concorditer predictis partibus dicto compromisso constanter inherentibus, constituti tandem personaliter prefatus venerabilis dominus Iohannes Myskowsky Prepositus et Rector hospitalis supradictus actor et famosi preconsul et consules civitatis Leopoliensis ex adverso principales petiverunt debita cum instancia dictam causam et controversias quaslibet fine debito ac amicabile per nostram sententiam arbitralem seu laudum terminari dictamque litem extinguere. Nos igitur Iohannes Croyczyk Decanus, Magister Thomas de Drohabyz et Nicolaus Rokosz de Coszcieze Canonici Leopolienses, supradicti arbitri, arbitratores et amicabiles compositores petitionibus prefatarum parcium annuentes ad sententiam nostram arbitralem, quam per nos ferri et pronunciare petiverunt, in certo termino ipsis partibus per certum executorem discretum Iacobum de Brzozow Vicarium et tunc chori Leopoliensis ecclesie Ebdomadarium et per eum relatione facta partibus hinc inde prefixo et assignato processimus. Cuius sentencie arbitralis tenor de verbo ad verbum fuit et est talis:

CRISTI NOMINE INVOCATO pro tribunali sedentes, Ipsum solum pre oculis habentes, in causa venerabilis domini Iohannis Myskowsky Prepositi et Rectoris hospitalis Leopoliensis, actoris principalis ab una et famosorum dominorum preconsulis et consulum civitatis Leopoliensis ac tutorum prefati hospitalis ab altera partibus, recepto prius dictarum parcium solenni compromisso in manibus notarii publici coram fide dignis testibus legitime facto et tandem visis et auditis utriusque partis propositis, allegatis, responsis, privilegiis et aliis dudum in lite coram venerabili domino Stanislao de Trzebochow Canonico et Officiali Leopoliensi generali usque ad diffinitive sentencie prolationem exclusive productis et inductis ipsisque hincinde masticatis et matura deliberacione intra nos prehabita, de unanimi omnium nostrorum consensu et voluntate per hanc nostram arbitralem sententiam, quam ferimus in his scriptis pronunciamus, sentenciamus, laudamus et declaramus ac dicimus. Et primo, quod lis et controversia super dicto hospitalis regimine, censibus, testamentis, vinea, tabula petitoria, duobus kmethonibus in Podboreze, porcione et duobus altaribus coram memorato domino officiali mota tam in possessorio quam in petitorio sit penitus sopita et extincta, in qua parti utrique silentium perpetuum imponimus pariter et literis, instrumentis, privilegiis et quibuscumque iuribus in eadem lite ab utraque parte productis. Tandem pronunciamus, decernimus, arbitramus et sentenciamus, quod regimen hospitalis Leopoliensis seu domus pauperum, prout ab antiquo ad memoratos dominos preconsulem et consules Leopolienses ex vi privilegiorum donacionis pertinebat, adhuc ad eos de cetero ut et tamquam legitimos tutores prefate domus pertinere debet quodque per suum iconomum fidelem seu magistrum, quem ipsi posuerunt, sine omni racione rectori predicto et ipsius successoribus facienda bona temporalia ipsius domus providere,

census et obventiones tollere ac pauperibus et miserabilibus personis in eadem domo degentibus quotidianas distributiones ministrare plenam et omnimodam exnunc et semper more solito habebunt facultatem, rectori tamen in spiritualibus non preiudicando. Iconomum nichilominus, quem ipsi domini consules posuerint, dicto domino rectori presentare et notificare tenebuntur. Testamenta vero pro refectioe pauperum predictae domus facta et disposita iconomus seu magister eiusdem domus, prout ex antiquo, pro mensa ipsorum pauperum dispensandi liberam debet habere facultatem sine quavis racione et prefati rectoris contradicione, exceptis testamentis pro ecclesia hospitalis prefati conditis et legatis; de illis ipse iconomus cum racione et predicti rectoris consensu necessitatem ipsius ecclesie providebit et providere debet. Simili decreto dicimus et pronunciamus de duobus kmethonibus in Podboreze, predio pauperum in Malechow villa ex antiquo laborantibus, consuetudine contraria non obstante, quod si prefatus rector docere poterit ipsos kmethones spectare et spectasse ad prefati hospitalis rectorem extunc eosdem kmethones obtinebit et si non docuerit, extunc ipsi kmethones in possessione pauperum permanebunt. Ut autem de vinea et tabula petitoria in ecclesia metropolitana Leopoliensi per vitricum hospitalis extendi solita prefata ecclesia hospitalis consoletur et ipsius ecclesie rector in comparacione vini et cere de cetero non oneretur, iconomus seu magister prefate domus pauperum et non eiusdem ecclesie rector ceram pro cereis et vinum pro celebracione missarum de ipsa tabula et vinea amodo providere sit astrictus. Et vicarius seu presbiter ipsius rectoris de coquina pauperum amodo et deinceps habeat porcionem carnum, dummodo eam recipere et repetere voluerit. Item predicta sententia nostra ferimus et pronunciamus, quod quos pauperes in prefata domo dictus rector intellexerit esse excessivos et enormes, illos magistro domus per se vel per alium defferre debet per magistrum corrigendos et si incorrigibiles extiterint, extunc per ipsum magistrum de domo pauperum excludi debent. Altaria vero in prefata domo dudum constructa arbitrio commitimus domini diocesani, quantum de ipsis disponere voluerit; vestimenta autem et lectisternia morte pauperum derelicta pro aliis pauperibus futuris succedenda et in ipsa domo pauperum relinquenda fore decernimus sententia nostra arbitrari mediante. Et prefatos dominos preconsumem et consules in expensis litis predicto rectori condempnamus sic, quod ipsi rectori aut procuratori suo de gracia duos florenos dare et solvere tenebuntur. Que omnia et singula exequenda, facienda et adimplenda sub pena vallata ducentarum marcarum Polonicalium nobis arbitris pro media parte et alia medietate parti arbitrium servanti irremisibiler solvendarum sepefate partes se submiserunt et predictam sententiam nostram, pronunciacionem ac laudum, emologacionem in omnibus punctis et clausulis prefati domini preconsumem et consules Leopolienses cum graciaram actionibus susceperunt, procuratore nichilominus dicti domini Iohannis Myskowsky Magistro Paulo Woyslavicza ex adverso de

violencia protestante. In cuius oppositum circumspectus Magister Iacobus Sponar ipsorum dominorum preconsulis et consulum legitimus procurator protestatus est de parcium compromisso et pena vallata. Preterea ut, si per aliquam parcium presenti pronuncciacioni et sentencie seu laudo in parte vel in toto fuerit soluta pena ducen-tarum marcarum, rata nichilominus remanebit nostra sentencia tociens, quociens contra ipsam contingerit attemptare.

IN QUORUM OMNIUM et singulorum premissorum fidem et testimonium presentes nostras decreti literas sive hoc presens publicum instrumentum per notarium nostrum, facti huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi, publicari, nostrorum sigillorum appensione iussimus communiri. Actum et datum Leopoli anno Domini millesimo quingentesimo tercio, indicione quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri Divina providencia Pape sexti anno ipsius undecimo, die vero Saturni ultima mensis Septembris, in domo solite residence nostre, presen-tibus honorabilibus et discretis dominis Benedicto de Wratislauia arcium Baccalario et scole Leopoliensis tunc Rectore, Simone de Gorcka Secristiano, Michaele de Busko, Iacobo de Brzozow ecclesie Leopoliensis Vicariis, Stanislao de Grodek Clerico et Iohanne de Maiori Opathow ac aliis fidedignis testibus circa premissa.

Et ego Bernardus Simonis de Leopoli clericus diocesis Leopoliensis, publicus sacra apostolica auctoritate Notarius, quia predictis potestatis dacioni, sentencie arbitralis petitioni et eiusdem prolacioni, pene vallate suscepcioni et ratihabicioni aliisque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur una cum prenomnatis testibus presens interfui eaque et omnia ac singula premissa sic fieri vidi et audivi, ideo omnia singula in notam assumens hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redege sigillisque dominorum arbitrorum prefatorum communivi ac signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimo-nium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

S. N.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 304. Na paskach pergaminowych zawieszane trzy sygnetowe bez napisów pieczęci, na zielonym wyciśnięte wosku, z których pierwsza Jana Krowickiego z odciskiem herbu Nowina, druga Tomasza z Drohobycza z odciskiem gemmy, którą już dzisiaj trudno rozpoznać a trzecia Mikołaja Rokosza z odciskiem herbu Ostoja.

CLIV.

W Sandomierzu 3. Grudnia 1503 r.

Alexander potwierdza dawny swój dekret, którym wzbronił niemającym prawa miejskiego lwowskiego kupować cokolwiek od obcych kupców przed upływem lat dwóch i rozporządza, aby przekraczającym ten dekret zabierano kupione towary i obracano na naprawę murów miasta Lwowa.

ALEXANDER Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quia in adiumentum ferendorum onerum et laborum, quibus cives et incole civitatis nostre Leopoliensis gravati sunt, menia urbis et aggeres atque fossas aliaque propugnacula circa urbem partim instaurando, partim vero denuo exstruendo, decrevimus superioribus literis, ne quis externus sive sit mercator sive alterius cuiuscunque condicionis, qui negociandi gracia Leopolim venerit, possit ab externis negociatoribus, qui illuc mercatum confluent, qui non habeant ius civitatis Leopoliensis bienni spatio quascunque merces emere, nisi prius cives et mercatores Leopolienses eiusmodi merces emerint, a quibus deinde ceteri homines externi, quicquid opus est, emant. Nunc itaque eiusmodi concessionem ratam habentes iterum decernimus, ut si qui externi fuerint reperti, qui illic aliquid priusquam cives et incole predicto bienni spacio emere audeant ab externis mercatoribus, ut eorundem emptorum merces predictae empte confiscentur et pro necessitate instauracionis menium urbis aggerumque et fossarum atque aliorum propugnaculorum convertantur. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Sandomirie die Dominico ante festum sancte Barbare virginis anno Domini millesimo quingentesimo tercio et Regni nostri anno secundo.

+ Iohannes de Lasco Cancellarius subscripsit eo tamen salvato, quod cives Leopolienses procurent decretum istud mercatoribus aliarum civitatum tempestive intimari.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 305. Na pasku pergaminowym zawieszona większa pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie dokumentu napisano współczesną ręką: *Registrata*.

CLV.

W Krakowie 28. Stycznia 1504 r.

Alexander daje Sewerynowi Herburtowi kanonikowi kamienieckiemu i swemu sekretarzowi dworzysko we wsi Nahorce, uwalnia je od wszelkich danin i obdarza prawem ziemskim.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Principum munifica virtus quicquid pro suorum consolacione fidelium unquam concedit perpetuo duraturum, id literarum apicibus perhennium ad eviternam rei geste memoriam communire consuevit, proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Elbingensis, Pomeranie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quia attendentes fidelia servicia venerabilis Seuerini Herborth Canonici Cameneczensis, Notarii nostri fidelis dilecti, que et olim serenissimo Iohanni Alberto germano et antecessori nostro et nobis in curiis nostra et illius virtuose, diligenter et fideliter perseverando exhibuit, volentes propterea ipsum consolatum efficere et ad futura negocia reddere prompociorem, sibi successoribusque suis legitimis certam nostram aream alias dworzysko, quam in presenciarum possidet laboriosus Stephanus in villa Nahorcze ¹⁾ in districtu Leopoliensi sittam, donandum duximus damusque et donamus tenore presencium in perpetuum, decernentes per ipsum Seuerinum ipsiusque legitimos successores aream prefatam nostram eiusque predictum et futuros incolas cum omnibus et singulis agris cultis et incultis, pratis, campis, agriculturis, rubetis, apibus, mellificiis constructis et construendis et generaliter cum omnibus et singulis laboribus, vectigalibus alias povozy, proventibus, censibus et quibusvis aliis utilitatibus ad ipsam aream ex antiquo spectantibus cum omni iure, dominio et proprietate ita late, longe et circumferencialiter, prout ad nos et nostros antecessores devoluta est et per nos nostrosque antecessores teneri consuevit, tenendum, habendum, utifruendum, vendendum, alienandum et commutandum, donandum et in usus suos et successorum suorum, prout sibi suisque legitimis successoribus melius videbitur, convertendum. Quamquidem aream ab omnibus laboribus nostris, si qui de ea ad predium seu castrum Leopoliense nobis ex antiquo deberentur ac ab omnibus aliis laboribus, censibus et proventibus, quocumque nomine generali vel speciali nupatis et quibuslibet aliis oneribus eximendum et liberandum duximus eximimusque et liberamus illamque aream de iure nostro Regio in ius terrestre

transferendum et reponendum duximus transferimusque et reponimus presentibus decernentes, quod in omni eventu ad iudicium terrestre pro eadem acta eiusdemque negociis dubiis et accionibus recursus habeatur tenore presencium mediante perpetuo et in evum. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria secunda²⁾ in octava Agnetis sancte anno Domini millesimo quingentesimo quarto, Regni vero nostri anno tercio.

Relacio venerabilis Ioannis de Lasko ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum m. Lwowa nr. 306. Na sznurkach jedwabnych koloru żółtego i czarnego zawieszona większa pieczęć królewska, której połowa odpadła. Na odwrotnej stronie współczesną ręką: *Registrata*.

¹⁾ Nahorce Małe z Lodyną Nową wieś w starostwie kamioneckim; Nahorce Wielkie z Drenówką i Kozowem wieś w starostwie żółkiewskim. Nie wiedzieć, o których tutaj mowa.

²⁾ Oktawa św. Agnieszki przypada w r. 1504, jako w roku przestępnym, na niedzielę a nie na poniedziałek.

CLVI.

We Lwowie 3. Lutego 1504 r.

Stanisław z Chodcza marszałek wielki koronny, lwowski, lubaczowski i ziem ruskich starosta, poświadcza, że w aktach grodzkich lwowskich znajduje się zeznanie Jana Rzeszowskiego, iż rajcy lwowscy wykupili zastawioną u niego kamienicę.

STANISLAUS de Chodecz Regni Polonie Marsaleus, Leopoliensis, Lubaczowiensis et terrarum Russie Capitaneus etc. generalis significamus tenore presencium, quibus expedit universis ac singulis, harum noticiam habituris, quod in actis nostris castrensis Leopoliensibus notam inscripcionis tenoris infrascripti comperimus, quomodo veniens personaliter ad ius castrense Leopoliense generosus dominus Ioannes Rzeschousky non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, sanus mente et corpore existens, salubri consilio suorum amicorum fretus, palam et publice recognovit, quod famati domini consules Leopolienses sibi satisfecerunt pro triginta et centum marcis peccuniarum, quas habuit inscriptas et reformatas super lapidea deserta in platea Iudeorum infra muros Leopolienses sitta iuxta inscripcionem ipsius

hic in actis castrensibus lacijs canentem et obloquentem super prefatam lapideam antecessoribus ipsius Ioannis Rzessowsky factam. Quam lapideam prefatam ipsi domini consules tenebunt, habebunt, utifruentur et possidebunt ita longe, late et circumferencialiter, prout dicta lapidea est ab alijs domibus ex antiquo distincta et elimitata, perpetue et in evum potentesque erunt prefati domini consules ipsam lapideam vendere, dare, commutare, alienare ac in usus suos meliores convertere, prout ipsis melius et conveniencius expedire videbitur. Debetque et est obligatus ipse Ioannes Rzeschowsky ipsos dominos consules occasione dicte lapidee tueri et intercedere ac defendere ab omni persona sexus utriusque et ab omni impedimento cuiuslibet persone, prout ad aliquam personam spectat et pertinet tuicio et presertim ab omnibus fratribus suis et consangwineis iuxta modum et consuetudinem in Regno currentem ab antiquo in talibus conservatam. Et iam prefatus Ioannes Rzeschousky omnes inscriptiones, quascumque haberet aut se habere pretenderet, super dictam lapideam hac presenti inscriptione cassat et mortificat et se perpetuum silentium pro eadem lapidea habere promittit et obligat. Super quod prefati domini consules memoriale posuerunt, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Acta sunt hec Sabbato in crastino Purificacionis virginis gloriose Marie anno Domini millesimo quingentesimo quarto, presentibus generoso et nobilibus Ioanne Iaczimirsky Vicecapitaneo, Petro Krziwiczki Iudice Castrensi Leopoliensibus, Stanislaio Lanka, Paulo Zimnowodsky et alijs quam plurimis fidedignis testibus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 307. Na pasku pergaminowym zawieszona sygnetowa pieczęć Stanisława z Chodeza na czerwonym wyciśnięta wosku z odciskiem herbu Odrowąż.

CLVII.

W Piotrkowie 10. Marca 1504 r.

Alexander rozkazuje urzędnikom i poborcom ruskim, aby przestrzegali dany Lwowowi przywilej uwalniający mieszkańców od opłaty wszelakich podatków.

ALEXANDER Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis presertim vero exactoribus in terris Russie consistentibus, ad quos presentes pervenerint, sincere et fidelibus dilectis favorem et graciam Regiam. Magnifici, generosi, nobiles, famosi et circumspecti. Exposuerunt hic nobis famosi consules Leopolienses,

quod licet fuerint liberati et exempti per olim (?) serenissimam Maiestatem Regiam nostram ad certum tempus a solutione quarumlibet exactionum et contribucionum nostrarum, tamen per nonnullos vestrum occasione earundem exactionum inquietantur. Dum tamen libertas ipsorum adhuc non expiraverit, iccirco nos volentes eosdem cives Leopolienses, prout et unumquemque vestrum conservemus, in eorum huiusmodi libertate conservare vobis et unicuique vestrum, quibus aut cui interest curam exactionum habere, mandamus districtius precipientes, quatinus eos ipsos Leopolienses in eorum libertatibus conservetis et conservari faciatis, sic prout tenores huiusmodi ipsorum libertatis perstringunt; aliter non facturi pro gracia nostra. Datum in convencione generali Pyothrkowiensi Dominico die Oculi anno Domini millesimo quingentesimo quarto, Regni nostri anno tercio.

Relacio venerabilis Iohannis de Lassko Regni
Polonie Cancellarii.

Oryginał papierowy w archiwum miasta Lwowa. U dołu wyciśnięta na papierze pieczęć większa koronna.

CLVIII.

We Lwowie 22. Marca 1504 r.

Felix z Baluczyna sędzia i Jan z Dawidowa podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Rafał z Sieniawy chorąży halicki zastawił za zezwoleniem króla Janowi Dzyeduszyckiemu wsie królewskie Dobrzany i Lubiany za sumę 430 grzywien.

Nos Felix de Baluczyn Iudex nec non Iohannes de Davydow Subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, quomodo veniens personaliter in presenciam iuris terrestris generosus Raphael de Syenyava Vexillifer Haliciensis libere recognovit, quia villas Regales tenute sue videlicet Dobrzany et Lyvbyane¹⁾ iuxta consensum Regie Maiestatis nobili Iohanni Dzyedoszyczky in quadringentis et triginta mercis monete et numeri Polonicalis consueti, mercam in quamlibet computando quadraginta octo grossos, modo obligatorio obligavit et inscripsit iuxta consensum et literas Regie Maiestatis lacius canentes et intromissionem in easdem villas per ministerialem, quem sibi elegerit, presentibus dedit et admisit cum omni iure, dominio et proprietate nichilque in

eisdem villis pro se et suis successoribus penitus reservando per ipsum Iohannem Dzyedoszyczky et suos successores tenendum, habendum, utifruendum et possidendum a data presentis inscripcionis usque ad plenariam dictarum quadringenta (*sic*) et triginta mercarum solucionem in literis Regalibus contentarum. Super quod memoriale posuit et iudicium recepit. Actum et datum Leopoli feria sexta ante Dominicam Iudica proxima anno Domini millesimo quingentesimo quarto, presentibus ibidem generosis et nobilebus Felice de Baluczyn Iudice, Iohanne de Davydow Subiudice terrestribus Leopoliensibus, Raphaele de Syenyava Vexillifero Haliciensi, Andrea Herborth, Nicolao Waglyensky, Iohanne Dzyedoszyczky, Georgio Lyesnyowsky et aliis fide dignis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 308. Na paskach pergaminowych zawieszono dwie pieczęci, wyciśnięte na ciemnozielonym wosku. Na pierwszej jest odcisk herbu Leliwa z napisem w otoku: *FELICIS: A BALUCIŃ IUDICIS*. Na drugiej odcisk herbu Prus II^{do} i napis w otoku bardzo zniszczony.

¹⁾ Dobrzany, Łubiana z Łubianką i Lindenfeldem wsie w starostwie lwowskiem.

CLIX.

W Krakowie 28. Lipca 1504 r.

Alexander potwierdza wszystkie prawa i przywileje miasta Nowego Sącza nadane temuż przez poprzednich królów.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Tunc Maiestatum humanarum auspicia felicissima et equissima cernuntur et nominantur, dum, quod sacris suis pro iure, iusticia et consolacione fidelium suorum tenendum proferunt oraculis, id litteris etiam perpetuis firmarent et posterorum noticie commendarent, tanquam ewo duraturum sempiterno, proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quia licet in sacris Maiestatis nostre primiciis, dum videlicet principes spirituales et seculares ceterique prelati, barones et regnicole nostri felici aderant coronacioni nostre, universa privilegia per diwos olim antecessores nostros videlicet

*

Ludouicum alias Loysch, Kazimirum Antiquum, Wladislaum avum et Wladislaum patrum, Kazimirum patrem et Iohannem Albertum germanum per aliosque Reges et Principes, predecessores nostros Regno Polonie eiusque regnicolis concessa promiserimus inuolabiliter tenenda, tamen propter maiorem firmitatem decrevimus ex speciali virtute et munificencia Regiis nostris per litteras perhennes nostras promisionem illam nostram efficere firmiorem. Quemadmodum quibuslibet petentibus confirmacioni privilegiorum ab eisdem olim antecessoribus nostris habitorum hactenus dare consuevimus, sic impresenciarum petitionibus pro parte proconsulis et consulum universorumque incolarum Noue civitatis nostre Sandecz nobis porrectis ipsorum privilegia, inscripcionem, auctoritates, concessionem, exempcionem, prerogativas, indulta et alia munimenta per quoscumque Reges et Principes predecessores nostros eis simul aut divisim predicteteque civitati Noue Sandecz data et concessa, datas et concessas, iusta et legitima, iustas et legitimas, quorum quarumque tenores perinde esse et valere volumus, tanquam his nostris litteris de verbo ad verbum inserta inserteque essent, in omnibus eorum earumque tenoribus, passibus, capitulis, condicionibus, clausulis et articulis duximus ex speciali gracia, virtute et munificencia Regiis nostris confirmanda, approbanda et roboranda confirmandasque, approbandas et roborandas, prout confirmamus, approbamus et roboramus, decernentes ea et eas perpetui roboris vim habitura et habituras tenore presentium mediante in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracouie die Dominico post festum sancti Iacobi apostoli proximo anno Domini millesimo quingentesimo quarto, Regni vero nostri anno tertio, presentibus reverendissimo et reverendis in Cristo patribus dominis Andrea Roza Archiepiscopo Gneznensi et Primate, Iohanne Cracouiensis et Erazmo Plocensis ecclesiarum Episcopis, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Spithkone de Iaroslaw Castellano, Petro Kmytha de Vissznicze Palatino Cracouiensibus, Iohanne de Tarnow Sandomiriensi, Petro Misszkowski de Mirow Lanciciensi, Iohanne de Tarnow Russie et Nicolao de Curosuanki Lublinensi Palatinis, Nicolao de Camyencycz Sandomiriensi et Capitaneo Cracouiensi, Iacobo de Siekluki Woyniciensi Castellanis, Ioanne de Lassko Cancellario, Iacobo de Schidlouiecz Tezaurario et Mathia de Drzeuicza Vicecancellario Regni nostri ceterisque consiliariis et curiensibus nostris fidedignis testibus ad premissa sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Iohannis de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

+ Iohannes de Lassko qui supra R. P. Cancellarius subscripsit.

Oryginał pergaminowy w archiw. nowosądeckiem nr. 81.; pieczęć zaginęła. Zostały sznurki jedwabne trójkolorowe: biało-czerwono-czarne.

CLX.

W Rzymie 28. Kwietnia 1505 r.

Papież Juliusz nadaje arcybiskupstwo lwowskie, opróżnione skutkiem przeniesienia się Andrzeja Róży na arcybiskupstwo gnieźnieńskie, elektowi lwowskiemu Bernardowi.

Iulius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus universis Suffraganeis ecclesie Leopoliensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie ecclesie Leopoliensi tunc ex eo, quod nos nuper venerabilem fratrem nostrum Andream Archiepiscopum Gnesnensem tunc Leopoliensem licet absentem a vinculo, quo eidem ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad ecclesiam Gnesnensem tunc certo modo vacantem duximus apostolica auctoritate transferendum, preficiendo eum ipsi ecclesie Gnesnensi in archiepiscopum et pastorem, apud sedem apostolicam pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Bernardi Electi Leopoliensis nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, de simili consilio auctoritate predicta providimus ipsumque eidem ecclesie Leopoliensi in archiepiscopum prefecimus et pastora-lem curam et administrationem ipsius ecclesie Leopoliensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis per apostolica scripta mandantes, quatinus eidem Bernardo Electo tanquam membra capiti obsequentes exhibeatis eidem obedientiam et reverentiam debitas et devotas ita, quod mutua inter vos et ipsum gratia gratos sortiatur effectus et nos devotionem vestram possimus propterea nostro Domino merito commendare. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quinto, quarto Kalendas Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Oryg. pergam. w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. 22 nr. 11), bulla ołowiana na sznurku lnianym.

CLXI.

W Radomiu 17. Maja 1505 r.

Alexander nadaje wieś Czerkasy i brzeg wsi Michonczyce kapitule lwowskiej
obrz. łac.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quamquam ad principes catholicos tanquam de quodam virtutis debito pertineat, ut in locis suo temporali subiectis cultus Divini procurent augmentum, singularius tamen illic, ubi populus rituum diversitate se a fide orthodoxa scindit, illud veluti sacrosanctae fidei opus facere debeant, patrocinia scilicet temporalis munificentiae dexteraeque ducalis suae impendendo, sacras aedes constituendo et dotando frequentiasque personarum fidei sanctae magistratum dirigentium huic ipsi populo, ab ovili universalis ecclesiae se scindenti, aggregando, quidquid autem hac ipsa salutari ratione constituerint, id pro sempiterni Regis laude constitutum non dubitatur, proinde nos Alexander Dei gratia Rex Poloniae, magnus dux Lithvaniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Culmensis et Elbingensis Pomeraniaeque dominus et haeres etc. significamus tenore praesentium universis et singulis, tam presentibus quam futuris, harum notitiam habituris, quomodo licet ab antiquis temporibus praeteritis bona nostra Regalia villa Czyrkassy¹⁾ dicta in terris Russiae et districtu Leopoliensi consistentia fuissent per praedecessores nostros divos Poloniae Reges quibusdam terrigenis ritus Ruthenici videlicet Dmitr, Hrynko et Hryeko ipsorum bonorum modernis tenentariis in summis pecuniarum valorem suum excedentibus inscripta, tamen nos in praesentiarum certo existentes informati, quia eadem bona Czyrkassy, quae bonis ecclesiae metropolitanae Leopoliensis antiquitus incorporatis adiacent, ipsi Leopoliensi ecclesiae fuerint accommodata, propterea fuimus per venerabilem Ioannem Krowieski eiusdem ecclesiae Decanum, Notarium nostrum de nobis reque publica meritum, nomine praelatorum et canonicorum ecclesiae ipsius Leopoliensis et non minus per praefatos barones et universos consiliarios Regni nostri nobiscum hic existentes humiliter petiti, quatenus de benignitate gratiae nostrae Regalis virtutisque innatae piam rationem ecclesiae Leopoliensis praefatae, cuius bona temporalia per Turcos et Tartaros aliosque sanctae crucis hostes vastata et desertata noscuntur, habentes et praesertim cultum Divinum in eadem ecclesia ampliari cupientes, haec ipsa bona villam Czyrkassy de manibus praedictorum tenentariorum in summis pecuniarum, in quibus obligata sunt, redimere primum admittendo, ipsis praelatis et cano-

nicis ecclesiae Leopoliensis incorporare dignaremur. Nos itaque volentes diem mortis nostrae operibus piis praevenire, praelatis et canonicis ecclesiae Leopoliensis illa bona danda, donanda, incorporanda et invisceranda duximus damusque, donamus, incorporamus et invisceramus, tenore praesentium mediante, in aevum, per eosdem praelatos et canonicos pro tempore existentes ipsa bona villam Czyrkassy cum curiis, domibus, hominibus, agris, pratis, campis, censibus, redditibus et obventionibus universis, molendinis, emolumentis, fluviis, fluminibus, lacubus, aquarum decursibus, sylvis, gais, nemoribus, indaginibus, piscinis, piscaturis, mellificiis et omnibus attentis et generaliter cum omni iure, dominio et proprietate prout in se ab antiquo longe, late et circumferencialiter sunt distincta et limitata, nihil illic iuris, domini et proprietatis nobis et successoribus nostris reservando, tenendum, habendum, utifruendum, pacifice et quiete, iure haereditario possidendum et in usus bene placitos convertendum, prout ipsis et eorum successoribus melius et utilius videbitur expedire. Quaequidem bona villam Czyrkassy amodo et deinceps perpetuo libertati, imunitati et iurisdictioni ecclesiasticae adscribimus, prout alia bona temporalia ipsius ecclesiae Leopoliensis sunt adscripta et per eum, ad quem pertinent, adscribenda consentimus ab expeditionibusque bellicis et omnibus oneribus, ad quae ferenda bona haereditaria saecularia Regni nostri iure communi sunt obligata, de certa scientia nostra voluntateque et consensu eorundem consiliariorum nostrorum absolvimus, eximimus et liberamus. Insuper cupientes, ut praelati et canonici praedicti praesentes et futuri Leopolienses praedictorum bonorum Czerkassy liberum usumfructum habeant, de simili clementia et pietate nostris Regiis ipsis rippam liberam in confiniis bonorum nostrorum Regalium villae Michonczyce²⁾ vulgariter nuncupatae pro piscina vel piscinis erigendis in eisdem bonis Czyrkassy damus, donamus et gratiose impartimur perpetuo ita tamen, quod³⁾ per huiusmodi piscinae vel piscinarum erigendarum inundationem ipsa bona nostra Michonczyce non debebuntur desertari vel opprimi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum in conventionem generali Radomiensi Sabbatho ante festum sanctissimae Trinitatis proximo anno Domini millesimo quingentesimo quinto et Regni nostri quarto, praesentibus reverendissimo et reverendis in Christo patribus et dominis Andrea archiepiscopo Gnesnensis et Primate, Bernardo Electo Leopoliensis, Ioanne Cracoviensis, Vincentio Vladislaviensis, Ioanne Posnaniensis, Luca Varmiensis, Mathia Premisliensis ecclesiarum Episcopis, nec non magnificis, venerabilibus et generosis Spithone de Iaroslav Castellano Cracoviensi, Ioanne de Tarnow Sandomiriensi, Nicolao Gardzina de Lubranecz Calissiensi, Petro Mischkowski de Mirow Lanciensi, Nicolao de Koscielec Brzestensi, Nicolao de Krechow Inovladislaviensi, Ioanne de Tarnow Russiae, Nicolao de Kurozwanki Lublinensi et Prandotha de Trezyana⁴⁾ Ravensi Palatinis, Ioanne Iarand de Brudzow⁵⁾ Calissiensi, Ioanne de Przeromb Siradiensi, Ianussio Latalski Gnesnensi, Ioanne Slupecki

Sandeccensi, Iacobo de Siekluki⁶⁾ Voynicensi, Petro Schaffraniecz⁷⁾ de Pieschkowa Skala Visliciensis, Ioanne Iordan de Zakliczyn Bieczensi, Stanislao Mlodzieiowski Radomiensi, Martino Skotnicki Zawichostensi, Stanislao de Potulicze Miedzyrzecensi, Petro de Opalenica Landensi, Petro Gorski Naklensi, Nicolao de Radziehow Dobrinensi Castellanis, Ioanne de Lasko Cancellario, Iacobo de Schidlowiec Thesaurario Regni nostri, Alberto Gorski Scholastico Vladislaviensis, Nicolao de Barthniki Custode Plocensis ecclesiarum, Secretariis nostris, Derslao Wilczek Leopoliensi, Alberto Skora de Gay Dobrynensi, Stanislao de Kazanow Lublinensi Succamerariis et aliis quam plurimis consiliariis caeterisque nostris ad premissa testibus, sincere et devote fidelibusque dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis de Lasko ecclesiae Gnesnensis et Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Ioannes de Lasko Regni Supremus Cancellarius
manu propria.

Oblatowano z oryginału opatrzonego większą pieczęcią królewską w *Castr. Leop.* t. 585 str. 1926—1930 na roczkach: „*Feria 5ta post Dominicam Misericordiae proxima anno Domini 1766*“ (24. Kwietnia).

- 1) Czerkasy wieś w starostwie rudeckiem.
- 2) Niechowice (Nichowice) wieś w starostwie rudeckiem.
- 3) W kopii: „*quia*“
- 4) W kopii: „*Bruchow*“.
- 5) W kopii: „*Trisciana*“.
- 6) W kopii: „*Sieluka*“.
- 7) W kopii: „*Shasprawicz*“.

CLXII.

W Radomiu 19. Maja 1505 r.

Alexander uwalnia mieszczan lwowskich od wszelkich ceł, danin i podatków i zrównywa ich pod tym względem z Krakowianami.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Regia Dignitas et omnium principantium auctoritas tanquam universorum subiectorum debitorum et patrona multis tunc incommodis occurrere solet, cum id, quod pro meliori subditorum suorum statu perpetuo concedit, ne id ipsum una cum tempore perditum eat, litterarum sigillorum testiumque munimine roborat et perhennat, proinde nos Alexander Dei

gracia Rex Polonie, magnus dux Litvanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiaviae, Russie, Prussie ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quia attendentes fidem et summe diligencie operam, quam famati cives nostri Leopolienses ad fortificandam et muniendam civitatem Leopolim preteritis temporibus et de presenti fervide gessisse sunt comperti, illam fossatis, aggeribus, propugnaculis et aliis defenculis utilibus communiendo, quare sicut eos e republica constat optime mereri, ita conveniens est, ut de republica consolacionis remedia reportent, per que ad portus pinguioris fortune apicemque rerum secundarum facilius accedant et condicionem accipiant meliorem. (Arx quippe et civitas istuc nostra hac tempestate, qua et castella et civitates per paganos sunt demolita omnium ad eam necessitatis tempore confugiencium conservatrix et tutela est communis) ¹⁾. Qua propter volentes eosdem cives Leopolienses consolatos reddere et ad illius civitatis fortificacionem augendam prompctiores efficere, omnes et singulos cives et mercatores ac incolas civitatis eiusdem presentes et futuros de speciali prerogativa gracia nostre de consensuque expresso, ymo ad preces prelatorum baronumque Regni nostri consiliariorum in hac convencione congregatorum pro eis factas in solucione theloneorum, navigiorum, pontalium et aggeralium nostrorum Regalium ubique in Regno nostro in ipsa civitate Leopoliensi primum et tandem in terris, civitatibus, opidis et locis quibusvis Regni nostri famatis civibus et mercatoribus civitatis nostre Cracouiensis ac eidem civitati Cracouiensi adequamus in evum per presentes decernentes, quod ipsi cives, mercatores, civitas quoque Leopoliensis et incole eius deinceps temporibus perpetuo duraturis sic liberi liberaque esse debeant ab omnium theloneorum, navigiorum, aggeralium et pontalium solucionibus, prout nos eos et civitatem predictam Leopoliensem a solucionibus eorum liberamus et absolvimus presentibus, ut ipsa civitas Cracouiensis et incole eius per olim antecessores nostros ac nos ipsos ab eisdem solucionibus est liberata et absoluta. Quam adequacionem et libertacionem nostram decernimus perpetuo duraturam, statuentes volentesque, quod ipsi universi dicte civitatis Leopoliensis incole cum rebus, bobus, curribus mercibusque eorum, cuiuscunque generis, speciei et manereriei existentibus, per Regnum et universa dominia nostra libere et pacifice absque omni theloneorum, navigiorum, aggeralium et pontalium nostrorum solucionibus et absque impedimentis et arrestis ire redireque valeant tenore presencium mediante perpetuo et in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in convencione generali Radomiensi feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis anno Domini millesimo quingentesimo quinto, Regni nostri quarto, presentibus reverendissimo et reverendis in Christo patribus dominis Andrea Archiepiscopo Gneznensi et Primate, Bernardino Electo Leopoliensis, Ioanne Cracoviensis, Vincencio Wladislaviensis, Ioanne

Poznaniensis, Luca Varmiensis et Mathia Premisliensis Vicecancellarioque Regni nostri ecclesiarum Episcopis, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Spilkone de Iaroslav Castellano Cracoviensi, Ioanne de Tarnow Sandomiriensi, Nicolao Gardzina de Ludbrancz Calissiensi, Petro Mischcowsky de Mirow Lanciensi, Nicolao de Coszyelec Brestensi, Nicolao de Cretkow Ivniwladislaiensi, Ioanne de Tarnow Russie, Nicolao de Curozvyaky Lublinensi et Prandota de Trezyana Ravensi Palatinis, Ioanne Iarand de Brudzew Calissiensi, Ioanne de Przeramb Siradiensi, Stanislao de Chodecz Leopoliensi, Ianussio Latalsky Gneznensi, Ioanne Slupeczsky Sandeczensi, Iacobo de Syecluka Voiniczensi, Petro Schafranyecz de Pyeschcovaskala Visliciensis, Ioanne Iordan de Zakliczin Byeczensi, Stanislao de Mlodzeievicze Radomiensi, Martino Scothniczsky de Boguria Zavichostensi, Stanislao de Potulicze Myedzirzeczensi, Petro de Opalenicza Landensi, Petro Gorsky Naklensi, Nicolao de Radzieow Dobrinensi, Petro de Nyemiglow Ravensi et Paulo de Chodcza Polaneczensi Castellanis, Ioanne de Lassko Cancellario, Iacobo de Schidlovyecz Thesaurario Regni nostri, Alberto Gorsky Scholastico Wladislaviensi, Nicolao de Bartniky Custode Ploczensi, Secretariis nostris, Derslao Vilczek de Lubien Leopoliensi, Stanislao de Cazanow Lublinensi, Stanislao Schafranyecz de Pieschcovaskala Curie nostre Succamerariis ceterisque quam plurimis consiliariis et curiensibus nostris, testibus ad premissa fidedignis, sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Ioannis de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti.

+ Iohannes de Lassko qui supra Cancellarius subscripsit.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 309. Na paskach jedwabnych koloru zielonego, czerwonego i żółtego zawieszona większa pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie: *Registrata.*

¹⁾ Nawias znajduje się w oryginale.

CLXIII.

W Radomiu 27. Maja 1505 r.

Alexander zostawia Marcina Tłustego mieszczanina lwowskiego w wolnem posiadaniu młyna na przedmieściu lwowskiem przed halicką bramą leżącego na przeciąg lat pięciu.

ALEXANDER Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussie-que dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quia providus Martinus Thlusthy ¹⁾ civis Leopoliensis cum consorte sua Margaretha ad hunc Radomiensem conventum citatus pro reposicione coram nobis iurium in et super molendinum ante portam Haliciensem in suburbio Leopoliensi sittum, parte adversa adversus se agente non comparente, coram nobis comparuit iura sua exhibere paratus. Eius itaque diligenciam ac obedienciam probantes ipsum in possessione prefati molendini relinquendum cum consorte sua decrevimus et per presentes usque ad decursum quinque annorum de gracia nostra relinquimus, cassantes et in nichilum redigentes omnes priores literas consensuum, si quas cuiquam dederimus. Quodque molendinum idem Martinus unacum consorte sua tenebit et possidebit eodemque utifruetur ad tempus prescriptum modo et ordinacione in privilegio capitali descriptis. Quocirca tibi magnifico Stanislao de Chodecz Castellano et Capitaneo nostro Leopoliensi et aliis capitaneis pro tempore existentibus mandamus, quatenus prefatum Martinum Thlusthy unacum uxore sua in molendini eius possessione defendatis, tueamini ac protegatis ab omnibus personis cuiuscunque status iuxta concessionem ipsis datam. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in convencionem generali Radomiensi feria tertia infra octavas Corporis Christi anno Domini millesimo quingentesimo quinto, Regni vero nostri anno quarto.

Mathias D. Episcopus et Vicecancellarius
subscripsit.

Relacio reverendi in Christo patris domini
Mathie Episcopi Premisliensis, Regni Po-
lonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. XV. nr. 1). Na pasku pergaminowym zawieszona mniejsza pieczęć królewska.

¹⁾ Porównaj powyżej dokumenty nr. CXXXVII, CXXXVIII i CXLII.

CLXIV.

W Sanoku 29. Stycznia 1506 r.

Mikołaj Kamieniecki wojewoda i kasztelan sandomirski, starosta krakowski i sanocki, poświadcza, że Jan Targowicki złożył przed sądem grodzkim oświadczenie, jako dłużny jest rajcom miasta Krosna 56 złotych i 30 grzywien i za tę sumę zastawił im sześciu chłopów we wsi swej dziedzicznej Targowiskach.

Nos Nicolaus de Kamyenyecz Pallatinus et Castellanus Sandomiriensis necnon Cracouiensis et Sanocensis Capitaneus generalis significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris, quia sub anno et data, ut infra, veniens personaliter ad nostri iudicii presenciam nobilis Iohannes Thargovyczky heres de Thargovyszka, recedendo a iure suo terrestri et districtus Sanocensis iurisdictioni castrensi se subiciendo, non compulsus nec coactus nec aliquo errore devio seductus, sanus existens mente et corpore, matura deliberacione et amicorum suorum salubri fretus consilio, leto vultu palam ac publice libereque recognovit, quia tenetur certi et veri debiti quinquaginta sex florenos Ungaricales in auro veri et iusti ponderis, antiqui debiti paterni et insuper denuo triginta marcas receptas et mutatas a famatis viris consulibus Crosnensibus numeri et monete Polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando. In qua summa pretaeta quinquaginta sex florenorum et triginta marcarum prefatus Iohannes Thargovyczky famatis viris consulibus Crosznensibus et ipsorum posteris inscribit et reformat obligatque sex kmethones in villa Thargovyska, in terra et districtu Sanocensi sita, videlicet Stanislaum Slabyecz et Iacobum Glyvnel, Michaelem Gromek, Iacobum Drabysch, Czarny Iakysel et Iacobum Puchala; fratri suo germano et indiviso Andree Thargovyczsky, suo conheredi de Thargovyszka, prefatus Iohannes Thargovyczky non preiudicando quidquit eius partis et proprietatis Andreas Thargovyczsky in dictis sex kmethonibus haberet dominii cum fratre indiviso Iohanne Thargovyczky prenominato id datum super se Io(han)nes Thargovyczky suscepit et suam partem Andree Thargovyczky inscribit et reformat super sua propria porcione hereditaria requirenda et iam de facto idem Iohannes Thargovyczky dat realem et effectuaalem intromissionem per ministerialem terrestrem tonsum Andream de Brzozow prefatis consulibus Crosnensibus et ipsorum posteris in predictos sex kmethonibus (*sic*) tenendos, habendos, utifruendos et possidendos (*sic*) de festo Nativitatis Christi nuper preterito ad annum et sic ab anno ad annum¹⁾ et usque ad exemcionem

plenariam et solucionem prefate summe quinquaginta sex florenorum in auro et triginta marcarum cum omni iure, dominio et potestate et proprietate, videlicet laboribus, penis, obedienciis, censibus, daciis, honoribus, cum agris, pratis, campis, fluviis, fluminibus, quercetis, rubetis, gaigiis, densetis, sareptis, pascuis, aquis, piscinis et earum demissionibus, pascuis silvarum et camporum, ita quod prefati kmethones habebunt libertatem in pascuis, aquis, campis, silvis, sic(ut) ex antiquo et ante obligacionem habebant et possidebant, nihil ipsorum antiquis indigenciis diminuendo in dicta villa Thargovyszka, nihil proprietatis aut iuris vel domini pro se aut fratre suo legitimo et indiviso Andrea Thargovyczky aut pro suis legitimis successoribus vel alterius disposiciarum in predictis sex kmethonibus reservando. Et eciam prefati consules Crosnenses et ipsorum posteri potentes erunt ipsos sex kmethones in ipsorum (vicini)tate, prefatam summam non excidendo, invadiare et obligare cuicumque ipsi voluerint. Et prefatus Io(han)nes heres de Thargo(vy)ska et ipsius legitimi successores prefatos consules Crosnenses et ipsorum posteros debeat tueri et defendere ac intercedere a qualibet persona sexus utriusque iuxta iuris formam et consuetudinem terrestrem sub dampno terrestri; quod dampnum, quod absit, si ipsi consules Crosnenses et ipsorum posteri in prefatis sex kmethonibus haberent, non ipsorum erit dampnum, sed Io(han)nis Thargo(vy)skey et ipsorum legitimorum successorum. Predictusque Iohannes et sui legitimi successores nec per se nec per alias submissas personas aut subordinatas ipsis kmethonibus inferre non debent dampnum aut impedimentum in prefatis kmethonibus aut ipsius obligacioni. Si casu aliquo aliquam prenotam in prefata obligacione dietae summe prefatus Iohannes Thargovysky aut sui legitimi successores non tenent, citatus pro premissis aut quolibet aliquo premissorum ab omnibus recedit et a colloquio generali, nec ipsos consules et ipsorum posteros evadere debet bello, insultu hostium, bellica expedicione, prescripcione terrestri, legacione, laudo, novis et veteribus constitucionibus, neque pro maiori se excipiendo, neque literis Regalibus, neque simplicibus aut veris infirmitatibus terminum discedendo, nec aliqua re excogitata Iohannes Thargovysky et sui legitimi successores accipere debeat in suum subsidium, et quidquid sibi in auxilium sumere velit, illo toto perdere debet suam causam et ammittere et sui successores et nihilominus in primo termino parere debebit et respondere. Et iam consules Crosnenses potentes erunt eundem heredem et ipsius successores in eodem primo termino, sicut in peremptorio condemnare et post quamlibet cittacionem debet succumbere iudicio tres marcas et totidem parti tociens, quociens se cittare permiserit; cittatusque in quocumque iure castrensi vel terrestri Sanocensi, in eodem iure Iohannes Thargovysky et sui successores tenebitur respondere. Et si in ipsis cittacionibus, concittacionibus ad satisfaciendum aliquis esset defectus data, titulo, nomine et in omni puncto usque ad progressionem iuris non consulum Crosnensium prefatorum, sed Iohannis Thargovysky et ipsius successorum debet esse

dampnum. Debebitque et obligatur prefatus Iohannes Thargovysky hanc presentem inscripcionem in acta terrestria Sanocensia ad primam positionem eorundem actuum inducere sub vadio summe predictae, scilicet quinquaginta sex florenorum in auro et triginta marcarum pecunie, vadium in summa essentialiter convertendo. Et nichilominus prefatus Iohannes et sui successores legitimi bellicam expeditionem ratione predictorum sex kmethonum debebit intercedere et expedire suis propriis sumptibus, obligando se super bona propria et ipsius successorum. Si autem dictus Iohannes Thargovyczsky per Regiam Maiestatem de dicta villa Thargovyska esset exemptus vel aliquo modo de istis bonis descendere debuisset, tunc dictis consulibus aut eorum successoribus in eadem summa quinquaginta sex florenorum in auro et triginta marcarum superius descripta sub vadio prefato idemque Iohannes et sui successores in bona sua hereditaria intromissionem dare debet et est obligatus iam exnunc, prout superius descriptum est. Super quod prefati consules memoriale posuerunt, quod iudicium suscepit. Si autem prefatus Iohannes Thargovyczsky, protunc dicta acta terrestria Sanocensia fuerint reposita, fore personaliter non posset, extunc prefati consules Crosznenses potentes erunt in absentia ipsius hanc presentem inscripcionem inducere in acta dicta terrestria, ad quod ipse Iohannes Thargovyczsky coram iure personaliter consentit et admisit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Sanok feria quinta proxima ante festum Purificacionis Marie virginis anno Domini millesimo quingentesimo sexto, presentibus generosis et nobilibus Martino de Kamyenyecz, Michaele Nalancz Vicecapitaneo, Ieronimo Iudice castrensi Sanocensibus et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Krosna. Pieczęć zaginęła, pozostał tylko pasek pergaminowy, na którym wisiała.

¹⁾ Dwa wyrazy zniszczone.

CLXV.

W Lublinie 19. Lutego 1506 r.

Alexander przernacza jednę kanonię we Lwowie na utrzymanie kaznodziei przy katedrze lwowskiej i nadaje prawo patronatu arcybiskupom i kapitule lwowskim.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis benignitas principum actus donacionum decretique suorum communiter roborare consuevit, eis tamen, que in favorem ecclesiarum religionis quoque et fidei orthodoxe fiunt, diligentius literis autenticis perhennare debeat, proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lytwanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyaue, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quia habito singularis devocionis affectu in ecclesiam Leopoliensem metropolitanam in terris Russie et gente scismatica consistentem, simul considerantesque in eadem nowe plantacionis ecclesia officia ecclesiastica pro cultu Divino augendo insufficienti ordine instituta, presertim vero dotacionem predicatoris, qui illuc verbi Dei populo communi dispensator fieret salutaris, non esse factam, itaque cupientes huic defectui in eadem ecclesia succurrere et salutem animarum et religionem Christianam audita verbi Dei afflatuque Spiritus almi promovere, de virtute ac de certa sciencia nostris, canonicatum et prebendam in ipsa ecclesia, principaliter per mortem vel liberam resignacionem ad effectum presencium faciendum vaccaturam pro perpetuo predicatoris, actu presbitero, in eadem ecclesia erigendo duximus dandum, donandum, largiendum, incorporandum et annectendum damusque donamus, largimur, incorporamus et annectimus eviterne tenore presencium mediante. Cuiusquidem canonicatus et prebende iuspatronatus ad nos pertinens, cum ipsius vaccacio nunc et ex post futuris temporibus quoquomodo continget, reverendissimo in Christo patri domino Bernardino moderno et pro tempore existentibus Archiepiscopis ac venerabilibus prelatibus et canonicis totique capitulo ecclesie Leopoliensis pro tempore existentibus damus, donamus et largimur, ut illi, quociens illa officii predicature et canonicatus predicti vaccacio occurreret, predicatoris illi ecclesie et populo idoneum atque utilem eligant et de illo eidem electo provideant temporibus perpetuo duraturis. Quam donacionem nostram decernimus esse perhennem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in convencionem generali Lublinensi feria quinta proxima ante festum sancti Petri in Cathedra anno Domini millesimo quingentesimo

sexto, Regni vero nostri quinto, presentibus reverendissimis et reverendis in Christo patribus dominis Andrea Gneznensis et Primate, Bernardino Leopoliensis ecclesiarum Archiepiscopus, Ioanne Cracouiensis, Vincencio Wladislaiensis, Iohanne Posnaniensis, Erasmo Plocensis, Mathia Premisliensis et Regni nostri Vicecancellario Episcopis, Nicolao de Cosczyelec Electo Chelmensis ecclesiarum, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Spithkone de Iarosslaw Castellano Cracouiensi, Andrea de Schamotuli Posnaniensi, Iohanne Felice de Tarnow Cracouiensi, Nicolao de Camyenyecz Sandomiriensi, Nicolao Gardzyna de Ludbrancz Calissiensis, Iaroslao de Lassko Lanciciensis, Iohanne Amor de Tarnow Russie, Prandota de Trezana Rawensi, Stanislao Kmytha de Vyssnycze Belzensis, Paulo Cola de Daleyow Podolie Pallatinis, Petro Saffranyecz de Pyesskowa Skala Vissliciensis, Otha de Chodecz Leopoliensi, Stanislao Bal de Nowothancze Sanocensi, Iacobo de Syekluka Voynicensis, Iohanne Iordan de Zaklyczin Byecensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marschalco, Iohanne de Lassko Cancellario, Iacobo de Schidlowyecz Thesaurario Regni nostri, Stanislao Iaroczky Curie nostre Marschalco, Alberto Gorsky Scolastico Wladislaiensis, Iohanne Lathalsky Preposito Gneznensis, Secretariis nostris, Nicolao Firley de Dambrouicza Vexilifero Cracouiensi et Capitaneo Lublinensi, Derslao Vilczek de Lubyen Leopoliensi et Stanislao Saffranyecz de Pyesskowa Skala Curie nostre Succamerariis, testibus fidedignis, sincere devote et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Iohannis de Lassko Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Iohannes de Lassko qui supra Cancellarius
subscripsit.

Oryginał pergaminowy w archiwum kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. VIII. nr. 2). Na jedwabnym sznurze koloru czarnego, czerwonego i brunatnego zawieszona była pieczęć królewska, dziś zupełnie zniszczona.

CLXVI.

W Lublinie 22. Lutego 1506 r.

Alexander uwalnia mieszczan lwowskich od opłaty wszelkich podatków cywilnych i czopowego na przeciąg lat sześciu.

ALEXANDER Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lytwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo graciosum habentes respectum in famosos preconsulem, consules, cives et totam communitatem incolarum civitatis nostre Leopoliensis, fideles nostros, qui ipsam civitatem novis muris, propugnaculis, sepibus et aliis defenculis muniunt et firmant, quo sub tempestate insidiarum respublica illarum parcium salva consisteret, ut itaque subsidium nostrum ad tam egregium defensionis opus ceptum perficiendum, ut dignum est, accedat, prefatis preconsuli, consulibus et civibus Leopoliensibus sex annos immediate sequentes libertatis plenarie a solucione civilium exactionum seu contributionum ac Czoppowe et aliarum daciarum quocumque nomine vocatarum, quas interim pro subsidio publico instituere contingeret, de certa nostra sciencia et consilio consiliariorum nostrorum nobiscum hic existencium duximus dandum, donandum et largiendum damusque, donamus et graciose largimur per presentes. Pro tanto universis et singulis pallatinis, castellanis, capitaneis, iudicibus et subiudicibus ceterisque dignitariis et officialibus ac exactoribus ad colligendas civiles exactiones publicas deputatis vel deputandis terre Leopoliensis presentibus requirendo, sincere et fidelibus dilectis, mandamus, quatinus prefatis preconsuli, consulibus ac civibus Leopoliensibus presentem libertatem plene conservetis ipsosque pro huiusmodi exactionibus institutis et instituendis non impediatis neque eosdem pro huiusmodi exactionibus quoquomodo molestare audeatis usque ad decursum huiusmodi sex annorum libertatis per nos concessisse, et aliter non facturi pro gracia nostra. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datum in convencione generali Lublinensi die Dominico festi Cathedre sancti Petri anno Domini millesimo quingentesimo sexto, Regni vero nostri quinto.

+ Iohannes de Lassko Regni Polonie Cancellarius subscripsit.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 310. Po pieczęci królewskiej pozostał tylko pasek pergaminowy. Na odwrotnej stronie współczesną ręką napisano: „*Registrata.*“

CLXVII.

W Lublinie 24. Lutego 1506 r.

Alexander zezwala rajcom lwowskim na pobór jednego grosza mostowego celem użycia go na naprawę dróg okolicznych i murów miasta.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Reigia (*sic*) Maiestas quicquid decernit vel constituit perpetuo duraturum, id, ne e memoria humana, que labilis est, evanescat, litteris autenticis perhennare consuevit, proinde nos Alexander Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo intelligentes publicas stratas circumcirca civitatem Leopoliensem consistentes et in ipsam civitatem trans-euntes adeo fractas et transitu difficiles esse, quod pro earum reparacione non parvi sumptus annis singulis necessario sunt exponendi et insuper famosos proconsulem et consules Leopolienses circa municionem murorum, meniorum, propugnaculorum et fossatarum hac tempestate diligentissimos esse, iccirco propter eam viarum reparacionem de certa sciencia, gracia et deliberacione Regiis nostris ac de consilio et consensu consiliariorum nostrorum theloneum seu pontale ibidem in Leopoli eisdem proconsuli, consulibus totique civitati Leopoliensi dandum et instituendum duximus damusque et instituimus presentibus imperpetuum, decernentes et statuentes hoc ipsum pontale per consules Leopolienses pro tempore existentes modo infrascripto tollendum, exigendum, habendum, tenendum et pacifice possidendum sic, quia a quolibet curru vectorum, mercatorum et negociatorum, quibusvis rebus venalibus onusto Leopolimque veniente et intrante unum grossum Polonicalem exacturi sunt eviterne, pecunias introitus et omnes eiusdem pontalis proventus pro utilitate civitatis et reparacione viarum ipsarum conversuri. Quas quidem vias ubique in circuito civitatis infra limites seu granicies civitatis reparare tenebuntur tenore presencium mediante imperpetuum, iuribus nostris et iusticia cuiuslibet salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in convencionem Lublinensi generali feria tertia festi sancti Mathie apostoli anno Domini millesimo quingentesimo sexto, Regni vero nostri quinto, presentibus reverendissimis et reverendis in Cristo patribus dominis Andrea Gneznensi et Primate, Bernardino Leopoliensi Archiepiscopis, Ioanne Cracouiensis, Vicencio Wladislaiensis, Ioanne Poznaniensis, Erasmo Plocensis, Mathia Premisliensis

et Regni nostri Vicecancellario Episcopis et Nicolao Electo Chelmensis ecclesiarum, necnon magnificis. venerabilibus et generosis Spithkone de Iaroslaw Castellano Cracouiensi, Andrea de Schamotuli Poznaniensi, Ioanne Felice de Tarnow Cracouiensi, Nicolao de Camyenyecz Sandomiriensi, Nicolao Gardzina de Ludbrancz Callisiensi, Iaroslao de Lassko Lanciensi, Ioanne de Tarnow Russie, Prandota de Trcziana Rauensi, Stanislao Kmitha de Visnicze Belzensi et Paulo Cola de Dalieiow Podolie Palatinis, Petro Schaffranyecz de Pieskowa Skala Visliciensi, Otha de Chodecz Leopoliensi, Mathia Bal de Nowotancze Sanocensi, Iacobo de Siekluka Voyniciensi, Ioanne Iordan de Zakliczin Bieczensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Marscalco, Ioanne de Lassko Cancellario, Iacobo de Schidloviecz Tezaurario Regni nostri, Stanislao Iaroczki Curie nostre Marscalco, Alberto Gorski Scolastico Wladislauiensis, Ioanne Latalski Preposito Gneznensi, Secretariis, Nicolao Firley de Dambrovicza Vexillifero Cracouiensi et Capitaneo Lublinensi, Derslao Vilczek Leopoliensi, Ioanne Hinek de Vnyenye Lanciensi, Stanislao Schaffranyecz de Pieschkowa Skala Curie nostre Succamerariis, testibus fidedignis ad premissa, sincere, devote et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Ioannis de Lassko ecclesie Gneznensis et Regni Polonie Cancellarii, sincere nobis dilecti.

+ Iohannes de Lassko qui supra
Cancellarius subscripsit.

Oryginał pergaminowy liniowany w archiwum miasta Lwowa nr. 311. Na sznurkach jedwabnych koloru niebieskiego, zielonego i żółtego zawieszona większa pieczęć królewska. Na odwrotnej stronie współczesną ręką: *Registrata*, obok po lewej ręce: *Anno 1569. XV. Iunii oblatae et revisae in conventu generali Regni Lublinensi*; po prawej zaś ręce ręką XVI wieku: *Registrata et visa*. Na górnej zagiętej ręką XVI wieku: *Russie 8. Aprilis. Pontale ad revisionem*.

CLXVIII.

We Lwowie 1. Lutego 1507 r.

Bernardyn Wilczek arcybiskup lwowski łączy z fundowaną przez Alexandra kanonią na rzecz kaznodziei polskiego przy katedrze lwowskiej zapis mieszczanina lwowskiego Piotra Stryczka i nadaje ją mistrzowi Stanisławowi z Kakowa, określając ściśle obowiązki kaznodziei.

IN NOMINE DOMINI AMEN. AD PERPETUAM REI MEMORIAM. Satis commode preclara hominum ratio disponere consuevit de rebus in perpetuum duraturis, easdem literarum apicibus et testium connotacione perhennare, proinde et nos Bernardinus Vilczek Dei et apostolice sedis gratia sancte metropolitane ecclesie Leopoliensis Archiepiscopus significamus presentibus, quibus expedit generaliter universis et singulis, harum noticiam habituris, quomodo serenissimus princeps et dominus dominus Alexander Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque etc. dominus et heres, dominus noster clementissimus, visis quamplurimis in ecclesia metropolitana Leopoliensi defectibus post translationem sedis metropolitice ex Halicz Leopolim per predecessorem suum olim serenissimum Wladislaum Iagyelo Dei gratia Regem Polonie, avum suum, factam et potissimum in pronuntiacione sermonis Polonici ob non sufficiens stipendium dotacionis concionatoris in ipsa metropolitana Leopoliensi ecclesia per tot tempora usque ad felicem eius gubernationem sic durantem, intimis visceribus et pio affectu in Deum omnipotentem matremque eius, intemeratam virginem Mariam, patronam ipsius ecclesie accensus, canonicatum et prebendam unam ex decem in ea fundatis sui iurispatronatus perpetuo pro predicatore seu concionatore Polonico zelo devocionis et pure propter Deum designare dignatus est, titulum et iuspatronatus sibi et suis successoribus Regibus Polonie in eisdem canonicatu et prebenda conferendi spectans deinceps penitus extinguendo donavitque sua Serenitas super eisdem ius presentandi et conferendi nobis unacum nostro venerabili capitulo Leopoliensi et nostris eorumque successoribus temporibus perpetuis in solidum et non divisim, tociens quociens vaccaverint, idoneum virum, personam promotam sive non, pro decore illius ecclesie et erudicione populi valentem instituendam. Cuius donacionis tenor sequitur in hec verba:

Tu następuje przywilej Alexandra z 19. Lutego 1506 r. oddrukowany powyżej pod nr. CLXV. Następnie brzmi dokument dalej:

NOS ITAQUE Bernardinus Archiepiscopus prefatus auctoritate nostra ordinaria ipsos canonicatum et prebendam iurispatronatus quandam Magestatis Regie in nostram

et capituli nostri successorumque nostrorum disposicionem datos in primis titulo extincto utrunque vaccare decernimus in nos et capitulum nostrum successoresque nostros ius presentandi, conferendi temporibus perpetuis acceptantes et assumentes, volentes itaque ipsi verbi Dei predicatori presentato nostro moderno nove plantacionis et suis successoribus futuris modum et ordinacionem in officio predicandi et in aliis ad eum pertinentibus regulariter servandis imponere, quibus se ipse et sui successores futuri dirigere sciant, unanimi voto et consensu cum venerabili capitulo nostro bene deliberati et diutius consulti, venerabilem virum dominum Stanislaum de Cacowo, arcium liberalium Magistrum, optime eruditum, vocavimus primoque ipsum per duos menses continuos examinavimus examinatumque sufficienter et idoneum repertum in nomine Dei instituimus et investivimus sicque pari modo successores ipsius futuros vocandos ac examinandos fieri volumus, deinde, in quantum eorum quilibet ydoneus comperiat, instituendos et investiendos similiter esse volumus ipsumque vel ipsos mox post institucionem et non prius ad realem et effectuaalem possessionem participationemque omnium et singulorum fructuum et obvencionum quorumcunque unacum demissione piscinarum iuxta statuta capituli et more aliorum dominorum canonicorum admisimus suosque successores futuros decernimus fore admittendos. Interea tamen, quando in examine fuerit, intra spacium trium mensium expensas apud tabulam communem dominorum canonicorum ipse dominus vocatus seu vocati habebit seu habebunt. Post quorum decursum, in quantum reverendissimo domino archiepiscopo aut eius venerabili capitulo in solidum modernis vel futuris placuerit sive placuerint, per reverendissimum dominum archiepiscopum aut sue paternitatis in spiritualibus vicarium ad id deputatum investiri et institui debet et debebunt. Idemque dominus predicator et sui successores more aliorum dominorum canonicorum servicia, officia et onera reverendissimo domino archiepiscopo in ecclesia in omnibus officiis et extra, ubi opus fuerit, supplebunt et exhibebunt. Ipse etiam dominus predicator modernus et eius successores futuri singulis diebus Dominicis, Christi Iesu Salvatoris nostri, Marie matris eius, virginis intemerate, apostolorum, martirum, confessorum, virginum, electorum festivitibus, a populo celebribus, nec non etiam a populo non celebribus sed more et consuetudine bona vetere in hac ecclesia diucius observata, insuper et singulis diebus ferialibus in Quadragesima semel, et in diebus Dominicis et celebribus Quadragesime ante et post prandium per se vel per ydoneam personam ad hoc valentem predicaturus est et sui successores predicabunt sub pena unius fertonis, id est duodecim grossorum in negligencia solvendorum, quos semper negligenti domini canonici circa divisionem communem de sorte ipsius tociens quociens detrahent et pro fabrica ecclesie convertent. SED QUIA pro tanta cura et oneribus portandis non videbatur sufficiens stipendium ipsi concionatori dotatum fuisse, executores testamenti famati olim Petri Striczek ¹⁾ huius civitatis civis pyo affectu permoti, in laudem Dei

